



BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich



2760<sub>2</sub>







76  
610  
1

DE BELLO  
OSTROGIANO AD  
PIANTCOSCVM  
NISOVIIS,  
LIBRI QVATTVOR.

A

SIMONE PECALIDIS *Artium Bacca-  
laureo conscripti.*

*Omnia peruersum tentat corrumpere pectus,  
Sed metuat, nimbos alieno admittere celo.*



CRACOVIAE,  
In Officina Andreae Petricouij.  
Anno Domini, 1600.

12.237



ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΥ.  
 ΕΙΣ ΤΩΝ ΕΚΛΑΜΠΡΩΤΑΤΩΝ ΤΗΣ  
 ΟΥΣΤΡΟΓΙΑΣ ΣΗΜΕΙΟΝ.

FERT VIRTUTIS OPVS



VICTRICIS LAUREA FACTI.

Τίσι' ἄρ' ἐπὶ τῶν Ουστρογίας κλυτὸν ὅσπερ Πλαίνων  
 Σήμειον: Ἰοσσον ξείνε περικλονέη.  
 Πῆξας ἢ ἐν σέρνω σφαιρὸν δόρυ ἰσβολὴν δὴ,  
 κράτος ἰφθιμον δυσμενάων καίερεϊ.  
 ἰζόμενος δ' ἴσπευ ἐφ' ἀερίποδος ἰάρεϊος  
 μελλήσμον πώλεμου, παμφανός δέ μετὰ  
 Φέγγεος ἀστὴρ ἀνίσσορ' αἰθερὶ παλρίδα κεδνήν  
 ἀλλὰ καὶ νικῆς ἔπρεπε Διαφανές,  
 Τὸν πλερούνη οἷσόν δεικνύμαι ἰπόδεγμα  
 Ταυτ' ἐπὶ θεασίαν ὀρχάμων ὀσρόγιη.  
 Σήματα κληίξαι, ἰβραχῆ ἀρέην ἐπέχοντα  
 ἂν περὶ τοῦ πατρὸς σύγγραμμα σαφῆμι

767

# Belli Ostrogiani ad Piatkos

## LIBER PRIMVS.

**A** Roma virosq̄, cano deuictos à Catharactis,  
Quos dira, innocuos Alecto armarat in agros  
Rusſia uasta tuos, regiones fuſa per amplas.  
Musa mihi cauſſas memora, quo fulmine belli,  
Quidue parans Alecto ferox, tot adire labores,  
Inſignes pietate Duces, queis Sarmata fulget,  
Impulerit : tant ene animis audacibus ira ?  
Si tua thuricremis oneraui altaria donis,  
Aonas ad montes, viridi proiectus in herba.  
Si merui Iuuenis uatum gestamina lauros,  
Impatiens otii, nummi contemptor auari.  
Magnanimos fer in astra Duces, dic funera Martis,  
Utq̄, repentino sonuerunt prelia motu.  
Fare age, quis prima commiſit ſemina pugnae ?  
Virtutesq̄, virosq̄, aut tanti incendia belli ?  
Tange chelym plectro, nam magnos itur in hoſtes.  
Gens facilis victu, bellis & neſcicia uinci :  
Europa atque Aſia, populares aſſueta penates,  
Omne ruum ducit, per denſa pericula Martis.  
Tu memorare potes, fumantia culmina late,  
Et bello extinctos Iuuenes, & premia pugnae.

22 *Vis vires aduersa domet, contraria telis*  
*Tela repellantur, franganturq̄ ensibus enses.*  
*Heröis Heröa modis, & fortia forti*  
*Affer corda manu, prestans Heliconis alumna.*  
*Vos quoque semidei, quos vexit in aethera virtus,*  
*Per Proauos, Atauos & Auos, quorum inclyta ubiq̄*  
*Nomina, grandiloqui vincunt Aeneida vatis.*  
 20 *Qui validos propriis vicistis viribus hostes,*  
*Ferte viam faciles, & mente fauete benigna,*  
*Hocq̄ nouum fausto prætexit numine carmen.*  
*Magnanimum genus id vestrum, sanguisq̄ requirit*  
*Regius, Europâ titulis qui splendet in omni.*  
*Ad vos omnis enim belli ventura recurit*  
*Gloria, perpetuum lucis mansûra per æuvm.*

Præcipue Craci qui CASTELLANVS in Urbe,  
 Sceptringero tribuente geris, bona munia Rege,  
 Des aures, placidusq̄ iuu: tuq̄ annue cæptis,  
 Nec nostram patiâre diu torpescere Musam,  
 40 (*Quæ cupit Heröo gracilem pede pandere versum,*  
*Et genus omne tuum in aternis intexere chartis,)*  
 IANVSI, Arctöa regionis, prime Senator.  
 Te Latij stupuere patres, te Teutonis ora,  
 Cesareos inter Solem rutilare Barones  
 Vidit, & Arctoum lumen veneratur amicum.  
 Nam quoties armis Rhodopeio bella tyranno  
 47 *Construit, Hungaricis cupiens succurrere rebus:*

Te sem-



Te semper præstò tenet, auxiliariis armis,  
 Infer bella Scythis, gaudet Germanidos ora,  
 Pannonia applaudit, sed Lechia vasta superbit :  
 Quæ CASTELLANVM, radiantibus intulit astris.  
 Cuius ab ore, velut resolu<sup>i</sup> nubibus imbres,  
 Dulcia verba fluunt : nam doctæ Palladis artes  
 Excoluit, cultos Sophia digressus in hortos.  
 Sit mihi fas igitur, calamo tua dicere facta,  
 Et graue Martis opus, tanti palmamq<sup>3</sup> triumphi  
 Pro generis splendore tui, pro munere, proq<sup>3</sup>  
 Numine Mauortis, tua corda Herõica, & altum  
 Pectoris ipse tui, promptus cognosce vigorem.  
 Non propriâ es virtute minor, nec robore mentis  
 Inferior Proavis, animos attolle potentes.  
 Diuitis dux alme vales : vulgata per ipsos  
 Antipodas, niteat tantarum gloria rerum.  
 Martis & in priscum re<sup>3</sup>ues tua sola nitorem.  
 Tu sauos, telum torsisti primus in hostes :  
 Tu primam ante aciem, densa inter septa volabas.  
 Tu clarum pietate patrem, pietate vicissim  
 Armiger adsistis, medium victurus in agmen  
 Dum ruis, Ostrogæo generoso è stemmate vindex.  
 Nunc iterum sub castra voca, det trossera signum :  
 Coge Volinianos Proceres, Lechosq<sup>3</sup> fideles.  
 Cum Roxolanis, apti conflictibus Hunni,  
 Armati veniant, incerti ad pralia belli.

BELLI OSTROGIANI

Incedant cunei pharetrati. Ante ora Parentis,  
Portet equus bicolor, Mauortia pectora nati.

Tela sonent, nimbo peditum, tremat excita tellus:  
Qua niuibus concreta, tulit tibi fausta triumphos.

Urbs antiqua iacet, veteres dixere coloni  
Ostrogothon, Dacos contra, quam Vilius amnis

Alluit, Horino mixtus, saxosus uterque:

Alauni cuius fundarunt mania primi.

Dicitur hanc Mauors, terris magis omnibus unam

Posthabitis coluisse Gerbis: hinc illius arma

Criniti fixere Patres, Saliosq; furentes,

Ostia dum liquere Iphi, satiata cruore.

Quadrupedes illic binos nam forte videbant,

Omen belligerae gentis, quae terruit hostes

Saepe indomitos, Martis per signa ferocis.

Hec sunt antiquae gentis primordia fausta,

Hic sedes posuere: suas forte prima corda,

Alaunumq; larem, & magni penetralia Martis.

Sed quoniam nunquam seclorum pondere, pressa

Deprimitur virtus, nec eam longinqua vetustas

Depopulat; magnis monumentis unica pestis.

Nominis Alauni, sunt fundamenta labores

Nunc quoque, belligerae resident vestigia stirpis.

Omen habet, diues vastis Volina campis,

Augurium nec eam, Martis nec turba sefellit.

Gaudet equis, belloq; valet sub signa vocata.

Sunt

Sunt loca, sunt populi, stat præstans gloria gentis.  
 Est urbs percelebris, quæ quondam excæpit ouantes  
 Alâunos rerum Dominos, dixère Rutheni  
 OSTROGIAM, Martis studiis sub sidera nota,  
 Antiqui retinens seclî studiosa nitorem.  
 Non illi Boreæ spirant immania vires,  
 Eurus ab aurora, matutinoq; recessu,  
 Non agit immissam nigra caligine nubem,  
 Africus haudq; instat nimbis minitantibus: olli  
 Aeris est bonâ temperies, spiratq; secundus  
 A Calabris Zephyrus, ventos mitissimus inter.  
 Inde fit, ut rerum, noster quibus indiget usus,  
 Copia sit, quæcunq; potens Natura creauit.  
 Omnia, quæ nostro Sol aspicit altus in orbe,  
 Hæc tenet. Empiræi spirabilis aura Monarchæ,  
 Faustis auspiciis, pecori dat pabula grata:  
 Hæc renouat segetes, hæc ruraq; pingui aristis  
 Fertilibus: veluti de cornu diuite fugum,  
 Fundit ubique Ceres cum Baccho munera, largè  
 Ditat agros, vestit montano gramine colles,  
 Mulcet & apricos viuaci flamine campos:  
 Atque salutiferas in montibus educat herbas.  
 Hesperidum sileant, biferiq; rosaria Pæsti.  
 Veris opes claudat, celebris Panchæia tellus:  
 Nam quoque dat Nymphis Horinus pascua grata,  
 Ac latè cinctos diffuso gurgite campos.

Laus vr-  
 bis Ostro-  
 gianæ.

Vix

BELLI OSTROGIANI

*Vix defluxit Hyems canis metuenda capillis,* 126  
*Extulit & Phæbus rutilantia tempora Veris.*  
*Vix cinxit Varo, gemmantia prata colore,*  
*Iamq̄ beat mellis cultorem copia tellus.*  
*Sentit odoratos ramos, stipemq̄ salutat,* 130  
*Expurgat cellas, ac oscula figit eisdem.*  
*Premia nam letus centeno fœnore sumet,*  
*Pomifer Autumnus, dum dulci limina fœtu*  
*Per calices faciet spumantia labra rigare.*  
*Pæonis ora fauos, non sic dat Thmolus odores,*  
*Trinacris Hybla thymos, urbs quot fragrantia mella.*  
*Nam cum scindit agros, estas Phæbi ignibus ardens,*  
*Res mira est, ut apes per mania vasta vagantur.*  
*Cernit migrantes, sed non impune viator.*  
*Spicula nam torquent suavi liquentia melle.* 140  
*Ut riget æstiuus hirsutus campus aristis,*  
*Est cui pingue solum, cui nix natura negauit,*  
*Ostrogianus ager sic feruet mellis opimi*  
*Luxu, nec fallit Baccchum vindemia vino.*  
*Exercet Dictynna choros sua per iuga Cynthi,*  
*Eurotaq̄ pedis niuei vestigia ponit,*  
*Prærupti montis ripas, ac tesqua pererrans,*  
*Huc veniat, glomerentur Oræades, illa recessus*  
*Si tanget nostros, spernet pomaria Cynthi,*  
*Et castos fontes, & Nymphis flumina amica.* 150  
*Dulciter hîc dulces resonant Horinides undæ,*

Squam-

*Squammigeros Vitreo Volitantes marmore pisces.* 152

*Hic inter riuos, somnum captabit opacum,*

*Candida supponens formoso brachia collo.*

*Hic inter riuos damis Venahula condet,*

*Caprigenumq; pecus, nullo custode fugabit.*

*Inuia lustra dabunt viuaria, sylua ferarum*

*Puluerulenta fuga, campos monstrabit apertos.*

*Spumantes apri, pecora inter inertia, current,*

*Et grandes Uros contorquent spicula Diuæ* 160

*Insidiis: cursuq; feras agitabit opimas*

*Virgineoq; premet clamore, ad retia ceruus*

*Venatrix: ripaq; estus viridante deuabit.*

*Nullus eam Actæon turbabit, flumina nostra*

*Umbrosis decorata rubis, mirantur agrestes*

*Fauni Vilgiadas lymphas, quos cingit arundo,*

*Uluaq; flexibilis, tumidis vix peruia ventis.*

*Sunt aure dulces, est suauis spiritus ora,*

*Sylua ingens, cinxit Nympharum mollia culta:*

*Quæis varios tellus depingit lata colores.*

*Lucus ad Urbis agros, monstrat penuaria plena:*

*Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans*

*Incola sit, cursu venienti cernere fas est.*

*Ad plenum validi stant hinc præsepe iuueni:*

*Hic pecus in campis ludit, spatiantur equorum*

*Armenta, & vastis errant in montibus agne.*

*Tutus ab insidiis pastor, requiesce sub umbra,* 177

B

Fas ca-

*Fas calamos inflare leues, fas pandere versus:*  
*Lata bouum passim campis armenta vagantur.*  
*Omnia tuta; caper saluus tibi, saluus & hædus.*  
*Gaude terra ferax, vrbs præstantissima gaude:*  
*Nil tibi magna parens rerum natura negauit:*  
*Fertilis es, diuesq; agris, ac ubere gleba.*  
*Larga Ceres tua, quam multis sua prædia mittit,*  
*Solis ad occasum & nitidi Thitônis ad ortum.*  
*Sed prius ut fueras fautrix, studiosa virorum,*  
*Nunc quoque Mauortis, fulges benè nota caterua:*  
*Est Scythæ, sacrilegi Machometi, numen adorans,*  
*Qui lac concretum, um sanguine potat equino.*  
*Fortes Cimerij, & Cymbri visuntur, auari 180*  
*Iudæi, Græciq; simul: Germanus habetur,*  
*Dacus, Pannonius, Lithauus simul, atque Borussus*  
*Cernitur: Arctoiæ sed maior copia gentis.*  
*Russus cum Lecho, legum. moderantur habenas*  
*Teutonico ritu: variorum est magna suppellex*  
*Opificum: quos p<sup>ur</sup>gue solum, quos bella vocarunt,*  
*Spicula, loricas, frameas, galeasq; comantes,*  
*Um bonum crates, gladios, thoracas ahenos,*  
*Scuta virum, phaleras, arcus quoque cornua curuos*  
*Conficiunt: præaretris vrbs tectum omne repletur. 200*  
*Quacunque aspicias, lethale incude Ruthena*  
*Conflatur ferrum: ferus undique Mulciber ardet.*  
*Iura tenet Lithauum, celsa arx, sub sydera ducta.*

Nobili-

Nobilitas hæc prisca colit, quæ sedet in agris  
 Ostrogii, atra ceu tempestate columbæ  
 Sub tectis, miseras seuus dum Iuppiter urget.  
 Sarmatici decora alta orbis sua stemmata ibidem,  
 Flammiferi sub regna poli radiantia ducunt.  
 Ostrogianus ager, quàm multos mittat alumnos,  
 Atque Duces, Regni Comitia multa loquuntur : 240  
 Et spatiosa suis latis Varsouia tectis.  
 Miles adest, tyro arua colit : sua tractat agrestis,  
 Aut ducit muros, aut condit splendida tecta.  
 Incola dat merces, pulcraq; Semyramis urbe  
 Ostrum prognatum, celebres Tyrioq; tapetas.  
 Nulla tributa ferunt : nam libertatis amanda  
 Sceptra tenent : meruere Duces, impune vagantur  
 Per Regnum. Et nunquam fracti virtute tyranni  
 Ismarj. primi Scythicus dum fulminat ensis,  
 Semper in arma ruunt : præsentit Taurica fortes 220  
 Urbis ad auxilium, dum Basso seuior ipso  
 Regulus agrestis, Scythico sudore parabat  
 Insultus, pia templa Deum sacrosanctaq; sacra,  
 In cineres Urbis, cupiens transuertere prisca.  
 Ocyor est Euro, (pedibus timor addidit alas)  
 Ausugit, ut solidi prospexit culmina montis.  
 Terribiles sonitus, rompheas, signa, secures,  
 Eductamq; arcem, celsi sub sydera cæli.  
 Linqvit ouile velut lupus, insidiator ouilis, 228

BELLI OSTROGIANI

Cui sunt pastores vigiles statioq̄ beata. 230  
 Non secus, hoc Gethicum, prob detestabile monstrum,  
 Mania deseruit, seq̄ in sua regna remisit.  
 Hoc modulatur ouans, tanto seruatus ab hoste  
 Incola, decantat pastor per pascua leta,  
 Miraturq̄ Duces, qui pulcræ laudis amore,  
 Bellica non tantum Mauortis, castra locarunt ;  
 Ast etiam effusi Musas duxere togatas.  
 O dignum Ostrogio tam clarum nomine factum  
 Tantis Principibus, queis Russia vasta superbit :  
 Dignæ Sicelides Nympha, & Libethrides undæ.  
 Iam video lauros, Helicon quos educat & fert,  
 Ostrogianus apex petit ardua secla Mineræ :  
 Bibliotheca viget, multo conflata labore,  
 Biblia sacra typis mandantur, magna librorum  
 Copia consurgit: gaudet Gryneus Apollo,  
 Deseruit Teneas, Delum contempsit amatam,  
 Arcumq̄ cytharamq̄ sagittiferamq̄ pharetram,  
 Transtulit Ostrogium: Musarum vota sequutus :  
 Templaq̄ perpetuis non defficientia seclis.  
 Hic cinget Iuuenum viridanti tempora lauro, 250  
 Sydera monstrabit, pleno splendentia cælo.  
 Augurium, cytharamq̄ dabit, studiumq̄ medendi.  
 Virtutes adiment scelerato fræna furori,  
 Iura, magistratus, florebut omine tanto,  
 Belligeriq̄ Duces contingent nomine cælos.

Trilin-  
 sac-  
 mnasiu  
 Ostrogi-  
 anum.

Qui quan-



Qui quantò patriæ fines augere laborant : 256  
 Nutanti tantò patriæ succurrere gaudent.  
 Ut domus illa ruit, nullis suffulta columnis:  
 Hæc nullas metuit Boreæq; Noti<sup>q;</sup> procellas:  
 Undique, quæ validis fulcris fulcitur acernis. 260  
 Sic Regni commune bonum, sic Vita, salusq;  
 Arctoi per eos firmatur, Sarmata testis.  
 Si vacat Annales magnorum audire laborum,  
 Vel si cura tibi monumenta reuoluere prisca,  
 Ostrogium accipies nulli non cedere muro.  
 Eloquar an sileam? hoc dat opus. qui plura requiret,  
 Tum sua septingentis stemmata monstrat ab annis.  
 Diues Anis, Atausiue potens, queis Russia fulget.  
 Rvs patriarcha per hanc, toto celebratur in orbe,  
 Atque Borysthenis cingit sua littora Kiuis. 270  
 Rurconis studium, duros conclamat agrestes.  
 ICHOR Graiugenûm munias diruit orces,  
 Dreunenses Russorum Helena, Mars impiger urget :  
 SVATOSLAVS humum fontemq; binominis Istri  
 Vastat ouans, Græcus vectigal soicit eunti,  
 Suggestit arma : auri nam spreuit puta metalla.  
 Magnus ob æternæ laudis monumenta Monarcha.  
 WLODIMIRE ruis, patriis armatus oris :  
 Taurica victori præbet generosa trophæa,  
 Cum Christo, & sponsam præstanti corpore Regum, 280  
 Russiacis Faunos pepulisti sinibus olim,

Genealo-  
 gia prin-  
 cipû O-  
 strogio-  
 rum.



BELLI OSTROGIANI

*Fulminis horrendi penetrabilia sacra perosus,* <sup>282</sup>  
*A Eternumq; ignem, Strigam, Mocossa, Bubillum*  
*Excipis, ut sacrum a iusti Baptisma, beate*  
*Cum populo ac natis, que nunc generosa superbit*  
*OSTROGIANA domus, tantis pugnata Monarchis,*  
*IAROSLAE tibi formosa Kiouia cęsit.*  
*Dauidi pręstans Urbs Wladimiria, primũ*  
*Ostrogianus apex, per quem resplenduit orbi*  
*Arctico Heroum Rusi post fędera grata,* <sup>290</sup>  
*Conscia parua modo, est horum Drobusia testis,*  
*Compulsus quoties vicinos terruit ille,*  
*Testatur vastata aonnis Alãunia quondam:*  
*Et Columanus, regni Diadema reposcens.*  
*O fors! o fatum! sic Regni in scepra reponis!*  
*Hęc meruit Salomea potens sub sydera fama.*  
*Parce precor, sponsi cęlestis nota Virago,*  
*Martius ista furor, Regniq; innata cupido*  
*Fecerat: est etenim mutabilis alea belli,*  
*Sapius ingentes pinus, ferit alta procella: <sup>300</sup>*  
*Sylua ruit: magno cedunt virgulta fragori.*  
*Afflicti Regum multi, ter carceris atrii*  
*Persensere æstus, caueas, durosq; lupatos.*  
*Imperium ruit, alta ruunt moderamina sceptri,*  
*Abdita diuini mandat dum Numinis ira.*  
*MECISLAVS ei successit Martia proles,*  
*Regales portas antiqua Kiouia cęsit* <sup>307</sup>

*Illi, dum ciui densa inter tela minatur* 308  
*Audax Romanus, monstrat decora alta Parentis,*

*Terribilisq̄ suis, Miesconis bella* 310

*Non timuit, Mosgava tuis sat cognita lymphis.*

*Ducitur Haliciam, Lechi comitatus alumnis,*

*Rusiaci Diadema soli bona premia tollens.*

*Hospitio excæpit, miserum te Cæsar Alexi,*

*Et fessum, rebus propriis opibusq̄ solatur.*

*Mens ignara hominum fati sortisq̄ futura,*

*Et seruare modum regali innixa cothurno.*

*Quàm citò RES PARVAS STABILIS CONCORDIA IVNGIS?*

*PVBLICA TRANQVILLÆ CONTVRBAT FOEDERA PACIS*

*SEDITIONO: MVLTVM QVE BONIS COMMVNIBVS OBSTAT.* 320

*Nulla Scythis fuerat toto gens vilior orbe,*

*E scopulis genuit quam duris cautibus horrens*

*Caucasus, Hyrcano nutritos lacte Ruthenum.*

*Sed postquàm Bellona furens armauit in orbem:*

*Quid non tentarunt? quot Batthus mania strauit?*

*Arsit clara suis spatiosa Kiouia muris?*

*Quot nati cecidère Duces, quos bella necarunt?*

*Nunc animus meminisse horret, luctuq̄ refugit.*

*Dum mouet arma furor, Scythicus dum fulminat ensis,*

*Firma Demetriadem quonam constantia vexit?* 330

*Quò clara virtutis honos, quò gloria sceptri?*

*Ille tulit solus summi Diadema Monarchæ,*

*Maiestas per eum, variis iactata periclis,* 333

Extu-

Extulit optatos tandem super aethera vultus: 334  
 Drucica sublimi construxit mania tecto.  
 Filius hæc Simmon, ~~quo~~ decorauit honore  
 Cum septem natis, qui Martia castra sequuti,  
 Edomuere minas Gethici feliciter hostis,  
 Usque ad Germani Daniëlis scepra Monarchæ.  
 Hic tulit Ostrogium, tribuente parente Ducatum,  
 Hic patris funus generosi, vlturus acerbum,  
 Composuit placida fera bella, domestica pace.  
 Illius flammis arsit Sedomiria latè.  
 Lucebat nondum solido circumdata muro  
 Urbs CRACI, simul & belli Zauichostia lerna:  
 Lublinensis ager nec erat seruat' ab ense.  
 Desine mirari: tantos peperere furores  
 Luctus, & illustris Mauortia pectora nati.  
 Est imitatus Auos, fortune pondere pressi,  
 Submisere rotis, qui nunquam Martia colla.  
 Occiduis Titan Dominos cognouit ouantes:  
 Atque Oriens illis numerabat iusta tributa.  
 Diruta Corsunis, commonstrat Regia prisca,  
 Rurconis fuerant ut prompti in bella nepotes:  
 Stipati multo veniebant milite, Reges,  
 Rusiaceq; domus sacrum ascendere cubile.  
 Vicit iter durum, stirpis res magna Ruthene,  
 Diuitis vber agri, Generos sub tecta vocauit,  
 Quinetiam parti terris pelagoq; triumphis,

Prætulērunt cunctis fuluum & Diadema locarunt. <sup>360</sup>

Sceptra cupis? binas Danieli fata corollas

Donauere simul, meruit quoque. Jape furores

Repreſſit Scythicos, patriis elicior armis.

Incerto nunquam direxit ſpicula cornu;

Non fuit enſis iners, nec eum Bellona ſefellit,

Mendolphi fudit felici Marte phalanges:

Diripuitque lares animis ingentibus: & vi,

Tot vicitque hoſtes, inimica tot agmina fudit,

Ruſſica Drucenſi depromens tela pharetra:

In caput illius tulerant quot bella coacta: <sup>370</sup>

Hunc, & finitimos inter, violenta ſimultas

Incidit: Heu technis quibus eſt non uſus in illum

Cæſar, & aurato veſtiti murice Reges.

Diſſulit aſt placido tandem Deus omnia nutu.

Conciliata bonis auibus dua regna, Monarcham

Poſt bona fata ſuum mæſto impoſuere pheretro.

Regna LEO natus multos perduxit in annos,

Docta Leontopolis tua qui tibi mæſta fecit.

Sed concuſſa graues tolerat cum Ruſſia lites,

Atque iterum in Ruſſos Lithauis ſe concitat alis, <sup>380</sup>

Dum furor, & Volſthen ſat agit diſrumpere fædus,

Ruſſorum iſte LEO conſtanter reſtituit rem,

In capite aduerſo Monachis nam condidit enſem,

Quid violaffe iuuat promiſſæ pacta quietis?

Turpiter intereunt & ſunt fabula vulgo, <sup>385</sup>

Daniel  
Princeps  
Oſtrogia  
nus, Rex  
corona-  
tus.

BELLI OSTROGIANI

*Publica turbantes tranquilla commoda pacis.* 386

*Pacis amans DEVS est. PACIS SI DEMPSERIS V.SVM:  
VIRTVS STRATA IACET. PIETATIS NULLA VIDENTVR  
PRÆMIA, NULLVS HONOS, V. STIGIA DENIQVE NULLA.*

*Ac velut, ærentes nox quando resuscitat herbas,* 380

*Luxuriant segetes, languentia gramina surgunt :*

*Sic, quoties homines stabilis CONCORDIA iungit,  
FLORESCIT PIETAS, IVS, VIRTVS, FOEDERA, LEGES.*

*Ansa mali Volsthenis erat furiosa libido,*

*Hæc astus bellorum acres, atque omne nefandum*

*Induxit: fluuiosq̄ humana cade madentes.*

*Propter eum, Herõum gemuerunt arma potentum.*

*Heu quî lugubribus fortes cecidère sub armis,*

*Heu quî magnorum periit prostrata Ducum vis.*

*Russia sæpè suo spoliata est robore, & ingens* 400

*Exitium Lithauæ telluris sensit egenus*

*Incola: semirutis testantur mania fossis,*

*Et monumenta Ducum priscorum, teçta reclamant,*

*Ossaq̄ syluestres iam pridem sparsa per agros.*

*Sique IAGELLONUM properantia fata negassent,*

*Hæc eadem Lithauis incendia mæsta manerent.*

*Missus ad imperium, sed ubi suscepit habenas*

*OLGERDOVIODES, communis Numen amoris,*

*Unumquemque suis iussit consistere terris.*

*Cum Russis, Lithauos æterna in secula iungens,* 410

*Russiaciq̄ Duces, antiqui sanguinis, omnes*

*Ad scepra admisit, Regniq̄ in parte tenuit:*

*Praci-*

Præcipuè quos diues agris Volinia vidit,  
 Atque domus Lithauæ, contermina Ducica terræ.  
 Quæ auspiciis paribus commiserat omnia rexit :

Ut Lithauis iuncta monimenta vetusta loquuntur.  
 Contra finitimos animosè in bella ruebat,  
 Compressitq; Gethas victor victricibus armis.

Martia magnanimi VITOLDI castra sequuta.  
 Persoluit grates dignas, pro talibus ausis

OLGERDOVIADIS, Hymenæia sacra pudicæ  
 Ut subijt SOPHIÆ, regali insignis honore.

Hoc VIRTVS antiqua Ducum, præclaraq; Patrum  
 Hæc meruit pietas, hinc usque ad sidera nota

Drucica: Lechiadis tantum spargebat honorem,  
 Ut natam ANDRÆ Regi sociare Polono

Annuerint, forma insignem, natisq; beatam.  
 Dumque gubernaculum Lithauæ telluris obibat

SVIDRIGELLVS, equo longèq; volante sagitta  
 Impiger; afflictis cupiens succurrere rebus,

Sæpius Ostrogij THEODORIS bellæ, virtus  
 Emicuit: diues campis Podolia dicat,

Quot fusas acies, inimica quot agmina sensit.

NIL HABET ALMA FIDES DVBI IN DISCRIMINE BELL.

Quisquis es, insultas nobis qui fortiter: istos  
 Desine, ciuiles Domino tribuente furores.

Sarmatis ora potens, iam pridem misit ab orbe

Arctoo, firmum cognati numen amoris

BELLI OSTROGIANI

*Fida colit, dives populis ac flore virorum.  
 Seu Moschis in ferre narat victricia signa,  
 Seu Dacos franare truce seu tendere ad Istrum,  
 Ismariosq; sequi, surgenti ad aurea Phæbi  
 Lumina, Cimerium seu debellare rebellem:  
 Siue Gethas validos, & ad horrida bella feroces  
 Sarmatia in bellum totis iam viribus exit.  
 O QVAM VERSA FLVIT MVTABILIS ALEA SORTIS,  
 Nam que maiores olim labentibus annis  
 Bella dabant, iuncti domuerunt ista minores.  
 BASILI, quantas acies in prælia ducis?  
 Pulsat equo campo. Lithauus, communiter ardens  
 Hostis ad exitium, vibrat sua tela Ruthenus,  
 Hastatus Lechus, regni succurrit amicis,  
 Communis populus, præsto est communibus armis.  
 Cum Duce magnanimo, pungit crudeliter hostem:  
 Expectant acies, curisq; præmuntur iniquis.  
 Dante Deo tollit pretiosa Epinicia multa,  
 Aruaq; cum laribus, Gradiui signa cruenta.  
 Adiecit Nato, CHRISTI Baptisma, Ioannis  
 Cui dederat nomen, genito felicibus annis.  
 Iste Trebolensis parua ad magalia tecti,  
 Dira Tomitanos prostravit bella cientes.  
 Russia leta fuit: duplices victoria plausus  
 Fundebat; nam festus erat tunc Lucifer ille,  
 Quo nos à Sathana, peccato, & morte redemit*

CHRIST-



CHRISTVS imago Patris, cum Ditis funditus imo  
Euertit sedes : postesq; à cardine vellit.

Portarum aratos, regemq; in castra petiuit

Tartareum : atque animas Circo deduxit Olympum.

Qualia fundebant tantos ob dona triumphos ?

Quis numerare queat, iucundos thuris odores.

CONSTANTINVS Auos referens victricibus armis,

Ad patrias artes successit, missus Olympo.

Qualis erat, quantusq; fuit bellator Honorus,

Asserit infragili, sat publica fama tenore,

Atq; Borysthenes, tumidarum rector aquarum.

Undoso Beresina lacu testatur, in hostes

ibat: ut ulturus, centeno fœnore Moschum.

Cholsanica refert, quoties madefecerit enses

Fulmineum, per agros hostilia sparsa patentes

Corpora : commonstrant inuicti pectoris ausus.

Dum fluet Euxini Stermon, sub littora Ponti,

Donec erunt nitidi rutilantia lumina Solis,

Lopusensis ager vasto celebrabit orbe.

Illaq; sublimi VISNOVIA nota triumpho.

Exiguâ Dux iste manu, feliciter egit

Prælia, collecto pauco vix milite cinctus,

Mendaci fudit cuneos, haud viribus æquis.

Contremuit tellus, amnes gemuere repleti,

Exq; pharetratis multi cecidere Tyranni.

Terga dedit Mendacus, equo et concessit habenas.

Visnouien-  
sis pugna.

BELLI OSTROGIANI

*In* *sit* amor patriæ, laudumq̄ innata cupido, <sup>484</sup>  
*Arma* per *et* *ladios*, virtutem extendere, *Natum*  
*Magnanimi* *lucis*, *non* prestantior alter,  
*Duxit* Sarmaticas in *Ma* *ria* bella phalanges.  
*Hebrus* eas meminit, meminit Comenca *vadosus*,  
*Et* *Tyra*, saxosis etiam nunc impiger *undis*.  
*Quot* perire Gethæ, quot sunt in flumine *mersi*,

Sluccen  
 fis. *Dum* CONSTANTINVS pharetra præcinctus *et* *arcu*.

*Ad* Sluccum inuicta pro *Ma*iestate *Poloni*  
*Regis*, *Caucaseum* strauit genus, atque *flagello*, <sup>500</sup>  
*Ceu* pecus ignauum patrias perduxit ad *urbes*.  
*Brumali* *glacialis* *Hyems* niue texerat *Arcton*,  
*Horridus* *et* *Boreas*, *curfus* frenarat *aquarum*,

Cholsa-  
 nensis. *Aspera* bruma fuit, tellus concreta *pruinis*  
*Stabat*, *Cholsanam* generosus *Athleta* *cruore*  
*Cum* *Gethico* conspexit *humum*, *sunt* *signa* *recepta*.

*Sunt* *capti* *Ulani*, per *syluas* atque per *agros*  
*Occisi* *iacuere* *Duces*, *Scythicaq̄* *cohortes*.  
*Quosque* *catenat* à *optiuos* mole *premebat*  
*Sæua* *cohors*, *victis* feliciter *hostibus*, *Ultor* <sup>510</sup>

*In* *ius* *asciuit*, *patrio* *perculsus* *amore*.

*Trux* *Scythæ*, *periurus* *Valachus*, *temerarius* *armis*  
*Moschus*, *Turca* *ferox*, *quando* *hunc* *impunè* *videbat*  
*Orsa* *suis* *fidit*, *decies* *dum* *millibus* *octo*

*In* *Constantinis* *Celadinum*, *mittit* *honores*  
*Exiguos* *numero* *propriis*, *cur* *pellere* *loris* <sup>546</sup>

Certus

Certus eras madidum praclari militis ensem  
 Mosche fugis: mouet ira Deum, tua viruta castra,  
 Post Valachi cladem misera: Villasq; crematas.  
 Et post prostratos victrici Marte Thomitas, 520  
 Occubuit Moschus, vasto celebratus in orbe.

Inunc, Sarmaticumq; furens illude Monarcham.

Inunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,

Princeps Ostrogus, Regem venerare Polonum

Te docuit, sit. & ut generosa Polona iuuentus

Trans rapidum flumen, vidisti signa natare,

Demens, & cuneos potuisti frangere nostros.

Quid pedites voluere truces. quid regia turma

Voluensisq; cohors, seuis quid miles in armis.

ARBITER ARMORVM DEVS EST CUI MILITAT ÆTHER: 530

SOLVS IS ATTOLLIT FRANGITQVE IN MILITE VIRES.

Bella gerunt per eum Reges, & pralia vincunt.

Is CONSTANTINVM aduersis bene credere signis

Fecit, & ex Moscho victricia signa referre.

Ille fuit clypeus, victoria, palma, trophaeum,

Cui iucunda Ducis fuerant psalteria cordi,

Et constructa domus, testudinis ampla rotunda,

Vnius in laudes Dominiq; Deiq; verendas,

Qua celer Horino miscetur Vilius amiss.

O decus Ostrogia, qua te tam leta tulerunt 540

Secula? qui tanti talem genuere Parentes,

In freta dum fluuij current, quos Sarmata potat,

Dumq;

543 Dumq̄ thymis pascentur apes, quæis *Russia* floret:  
 Semper honos, nomenq̄ tuum, laudesq̄ manebunt.  
 Bellaq̄ Sarmaticum nomen ibidem sparsa per orbem.  
 Græcia Pelidas monstrat, duo fulmina belli  
 Scipiadas fortes, Romana potentia iactat?  
 Quorsum? Marte potens, et partis clara triumphis  
 Sarmatia, externis non inuidet optima bello  
 550 Pectora, sunt Lechis animi: spectata Iuventus  
 Est *Rusis*: sunt et Lithauis in bella cohortes.  
 Scipio si meruit, victa Carthagine nomen,  
 Hectora si clarum, si magnum fecit Achillem  
 Militiæ labor. Herculei quid plena laboris  
 Bella Ioanniadis meruerunt octuaginta.  
 Quæ merces poterit tanto æquiuallere labori?  
 A Scythicis ciues defensi insultibus; olli  
 Munera quæ condigna ferent, quæ premia lingue?  
 Paciferæ ramis cingantur tempora oliuæ  
 560 Illius: excelsæ statuuntur ad astra columna.  
 Laurigeriq̄ cananor alamo facta inclyta vates,  
 Et Gethici domitorum orbis, per secula dicant.  
 Nam defensor erat patriæ, nam fidus in armis,  
 Inter opes partas, contentus viuere paruo.  
 Aris multa tulit, Monachos pia vota professos,  
 Et mystas CHRISTO sacros, ardentem amabat.  
 Seu pacem, bella tulit Palemonidos ora,  
 Hoc sine, Sarmaticis non est data gloria rebus.

Comma-  
 tius xxc.  
 prælia di-  
 uersis in  
 locis vi-  
 ctor su-  
 biit.

Lithua-  
 nia.

In Re-

In Regnum pleno benefacta favore locabat,  
 Illius in gremio, Respublica fixa iacebat. 570  
 Dira Socalensis non essent furca pugna:  
 Illius imperio si signa exten<sup>da</sup> fuissent.  
 Multa SIGISMVNDVS Borëis regnator in oris,  
 Sollicito, summi mandabat munia sceptri.  
 Plurima donauit spatiosis oppida syluis  
 Munificus, Natis quæ post sua fata reliquit  
 Magnanimus Genitor, cum æterni nominis aura.  
 HELIAS maior, tutoris munus obibat:  
 Filius huic fato Diuum, prolesq<sup>ue</sup> virilis  
 Multa fuit: nec prima oriens erepta iuuenta est. 580  
 CONSTANTINE, ferens nomenq<sup>ue</sup>, animumq<sup>ue</sup> parentis,  
 Unus opes patrias, unus præconia laudis  
 Excipis: in te uno Domus inclinata recumbit,  
 Utq<sup>ue</sup> erat in fati, trini tua viscera Nati,  
 (Mors licet hinc unū obscuras perduxit ad umbras)  
 Auxerunt nomenq<sup>ue</sup> tuum, nomenq<sup>ue</sup> tuorum.  
 Omnes Semidæi, & Regni decora tota Poloni,  
 Atq<sup>ue</sup> Senatores, fausta ad moderamina nati.  
 Fortunate Senex, similem tibi non fouet Arctos.  
 Te non vasta minus se, Russia iactat alumno, 590  
 Quamq<sup>ue</sup> superba Iouis natali Gnosia telus,  
 Religionis amans: nulli pietate secundus.  
 Nomen habes summi, tibi quem gratamur honoris.  
 Quæ regio in terris meritorum ignara tuorum? 594

D

Vastus

BELLI OSTROGIANI

585 Vastus Athos, benefacta refert, decantat Eöus  
 Orbis, & occidens, tua Stemmata digna cothurno.  
 Inter Sauromatas <sup>par</sup>, seu luna minores  
 Emicat ad stellas, pleno <sup>gl</sup>atissima cornu.  
 Te belli nouit nemo Dux, aptius artes:  
 600 Te nullus numerat maiores Marte labores.  
 Vidimus aratas acies, conspeximus ipsi,  
 Quot Moscho mortes, sexcentaq; tela malorum  
 Vulcano, atq; gladio Princeps animose tulisti,  
 Splendida dum flammis Cerneui tecta cremares.  
 Per syluas, per iter durum, densasq; paludes  
 Venisti incolumis: Rudeli cede peracta.  
 Quid Gethico memorem partos ex hoste triumphos  
 Sapius, in foribusq; tuis pendentia signa?  
 Vix Scythia progreditur, patriis armatus ab oris,  
 610 Iam conscendit equum miles tuus acer in armis.  
 Antè celer pennis exhibit in æthera piscis,  
 Et conuersa retrò rerum discordia gliscet.  
 Est habitura rogus tua quam laus, optime Princeps.  
 Hoc tibi Piëria per numina spondeo turbæ.  
 Quamprimùm Aönio deductam vertices primus  
 Limen ad Ostrogium iussisti figere sedes:  
 Non opis est nostræ, dignas persolvere grates,  
 Dè tibi pro factis, Dè premia digna rependant.  
 Est pietatis opus, sacris dare corda Camenis.  
 620 Conuenit hoc munus summis Heroibus, et quos

LIBER PRIMVS.

Vult DEVS esse loco celfo, clauumq; terrene. 621

Gaude bellatrix Volinia, filia Marti

OSTROGIANA Domus tibi, at trilingue Lycæum.

Suscipe primitias, forsân n. iora sequentur :

Nec doctas contemne Deas, nec respue Musas,

ARTIBVS INGENVIS, NIL EST PRÆCLARIVS VN. VAM.

CONSTANTINVS humo spatiosa, & bellipotente

Auspiciis faustis, est dignus pulcer Apollo.

Ille Ducis laudes, super aurea sydera ducet,

Carminibusq; feret, Varij discrimina belli. 630

Vt coniuratos, in prælia seuâ manipulos,

Ad Piatcos, propper felici Marti fugârat :

Millia quinq; decem prostrarunt millia, ferro.

O fortuna potens, facilis clementia Fati.

Vix lacrymis victus, Dux ibat in arma suorum,

Vix aciem, vix signa pius felicia mouit :

Protinus & fudit collecta castra phalangis.

Discite Nisouij posthac melioribus vti,

Bellorum auspiciis, indignos ponit motus.

Pro iustis pugnat Dominus, contorsit in vnda 640

Horribili diros Pharaonis turbine currus :

Electosq; Duces, Stygias detrusit in vndas.

EST DEVS, EST SCELERVM VINDEK, EST VENA MALORVM,  
ARBITER IN FACTIS EST OMNIBVS ILLE FIDELIS.

Scitis quod vestra, hunc civilem accenderit ignem

Seditio: indomitiq; furens petulantia sceptri.

Quæ putat, omne nefas, sibi fas: atque omne nefandum

Illicitum, licitum esse sibi. populare Deorum 648

650 *Templa, domos, abolere aras, & Viuere rapto.*

*Seuaq̄ snitimi, miscere incendia tectis.*

*Quid meruere truci, & sceleriter obruta flamma*

*Mania? quid villa altricis, alimenta proteruis*

*Nonne ministrarunt? Vester temerarius ardor,*

*Et simulata fides, rigidos pertraxit ad enses.*

*Quis tam aduersus equos vestris Sol iunxit ab oris,*

*Ut iubar Ostrogium, dum fata Deusq̄ sinebant,*

*Obtusis spectare oculis ante arma negastis?*

*Ite iterum, suadete novas subducere turmas,*

*Fas sit, & indignos bellorum accendere motus.*

*META FVRRORIS ERIT. claros pro talibus ausis* 660

*Cernuus, & pedibus tremulis Dux vester honores*

*Inuenit. pressus persensit rebus in arctis.*

*Quid vexare Duces, quot habent bella impia casus.*

*Ante retrò Axiacus fluet, & sine fronde Somorus*

*Stabit: & occiduas Ister remeabit ad undas.*

*Hec quàm Lathèis mergentur facta lacunis.*

*Ibi per boreas possim res gesta per vrbes,*

*Quaq̄ Hebrus Thanaisq̄, Gethas rigat, atq̄ Mosynos:*

*Quaq̄ lauat Scythia populos Maotica lympha.*

670 *PIANTCOS destituent nunquam celebrare Poeta.*

*PIANTCIS Pierij semper tribuentur honores.*

*Solis utramque domum, tantæ præconia laudis*

*Implebunt, & fama ingens, dominabitur astris.*

*Tu modo Calliope cæptis illabere nostris.*

675 *Hecq̄ incepta tuo mea carmina dirige pte.*



780

LIBER SECVNDVS.  
LIBER SECVNDVS.

**H** Nterea, dum seuit agri tunc arius hostis,  
Nisouiusq; furit, ceptis immanibus ensis:  
IANVSIVS CONSTANINIDES consultus, iniquos

Ex patriis laribus, balatrones pellere ciui  
Iussit: & armatos vltici excindere dextra.  
Prima pares subiit, Praeclauia mota tumultus,  
Praecipitiq; potens, victrix animosa furore,  
Post spolia, & raptas ad stupra nefanda puellas,  
Fortiter eiecit propriis de sedibus hostem,  
Inferias Orci, magniq; incendia belli. 10  
Sexcentos Stygij missos, Phlegetontis ad amnem.

● In medio Phæbi, candens rota vidit Olympo.  
Expulsus ferro cecidit Siccarius Urbe  
Terectimirum, seq; in sua tecta recepit.  
Orbatus cuneis, desolatusq; naniplis, ●  
Contentusq; fugâ, noluit se credere campo.  
Non secus, ac lupus in syluis, ubi retia sentit,  
Dentatus vel aper, quem tela inimica fatigant. 20  
Tertius instabat fatis poscentibus annus,  
Binaq; transferant expulso hyberna Tyranno, 20  
Vis quando hostilis fera, tempora natâ, nocendi  
Prosiluit, furiosq; nouis accensa, repente  
Cum sociis vires belli collegit, & arma;  
Non etenim caussa irarum, seuiq; furores  
Exciderant imo, fuit altâ mente repostum 25

BELLI OSTROGIANI

Insula in  
Borjsthe  
ne ubi  
Nisouij  
delite-  
scunt.

Virus, & eiectis dominandi innata cupido,  
Ac malesuada, præclara atq; Urbis honores.  
His accensa super fauoris. THORTICA fidelis,  
Omnigenæ gentis, quæ errat maria omnia circum,  
Euertitq; rates, Euxini ad littora Ponti,  
Ac Scythicas Urbes, tacitis insultibus & vi,  
Nil metuens paruas cymbas submittere classi;  
Emisit, nolens suetis desistere cæptis;  
Millia quinque virum, Dominos agitâre potentes.  
Quæ possent propria domus, ad penetrale quietum.  
Iam numerosus erat, collectis miles in armis,  
Compositusq; ibat pede sensim exercitus omnis.  
Atque ubi venêre ad fontes, lymphamq; Trubesi,  
Consedêre solo, vexilla ac tela tenentes  
Poplitibus pressis, latam & struxêre coronam:  
Consiliumq; illi magnis de rebus inibant,  
Qua ratione iterum possent abducere prædas,  
Arua aliena iugo premere: atque obsidere rura.  
Quò primùm vertenda via est. Præclauia vulgi  
Conformes animos, in se & sua tecta traherat.  
Ductor ait primus: Per mille pericula vecti,  
O socij, quò facti trahunt, retrahuntq; sequamur,  
Quoquo vocant vertamus iter, cedamus ouantes  
Fortuna: & ducente Deo in media arma ruamus.  
Et benè apud memores stet lamentabile factum.  
Vidimus eiectos, truculenti funera ciui

In can-

In cantus abière leues, quò nostra recessit  
 Fama prior? sunt hæc summa præconi laudis?  
 Maxima nos partis sustentat opheis.  
 Moncastrum, Chersona, C<sup>h</sup>num, Theodosia, Colchis,  
 Olbipolis, Techina, Dromon, Precopia, Taphros  
 Testantur: latos ut depopulauimus agros,  
 Dacica nunc etiam longè magalia fumant.  
 Quid Valachus potuit, Moschusq; sagittifer? olli  
 Kazna refert: nos esse viros. quàm sæpè remitti. 60  
 Quos multi optauère Duces Regesq; potentes,  
 Turcica qui propriis manibus fera vincla coërcent.  
 Audax hospitium Præclauia priuè negauit  
 Illis: sunt ausi caupones pellere tectis.  
 Militis egregij dispersos fortè maniplos.  
 Non vos accendit tantarum infamia rerum?  
 Non vos lesa mouet sprete pietatis imago?  
 Haud ignari estis, positis in glorijs armis;  
 (Si fas obductum verbis vulgare dolorem)  
 Vulnèra quod tulerim, duri per verbera castus. 70  
 Heu ruite in Martem, inuisamq; excindite gentem,  
 Nec leuibus mea dicta viri, committite ventis:  
 Sed secum taciti proprios euoluite casus;  
 Ultrices etenim iam instant in liminè pænæ,  
 Hostis habet campos, syluas circumsonat armis:  
 Quin intrâ fluuios, atque ipsis prælia miscet  
 Littoribus, sociosq; vetat consistere terrâ. 77

Primus

BELLI OSTROGIANI

- 78 Primus ego ascendam, periuri menia tecti,  
 Primus ego emulo referabo cardine postes,  
 80 Et quodcunque patens aperit fortuna, subibo.  
 Præda ingens, pretium verum: mihi fama superfit.  
 Dixerat. Uno omnes eadem simul ore fremebant,  
 Omnibus idem animus, firmi hæc sententia cordis,  
 Concipere feros, immania corda, furores,  
 Exitium tectis: manibus, verbisque tonantes.  
 Et quia Sol medium cursu traiecerat axem,  
 Cernere ne quis eos posset, per densa ferarum  
 Lustra, diem duxere inter nemora obuia præda.  
 Postera vix umbras rutilans aurora retexit;  
 90 Cum subito è sylvis, elati exercitus hostis  
 Emicuit: lethumque urbi crudele parabat.  
 In propriis laribus, Cives sopor altus habebat,  
 Laxabant miseri somno defessa labore  
 Pectora: fida quies capiti, subduxerat ensem:  
 Cum furtim inuasit fossas, & menia prædo,  
 Vix suspensa leuavit digitis vestigia primis.  
 Quos non ingentes inhonestæ stragis acervos  
 Edidit? iratus quid non crudeliter egit?  
 Manibus in patriis, carorum ante ora parentum,  
 100 Imbelles pueros, transfixerat ense bipenni:  
 Infantes miseros, raptabat ab ubere matrum:  
 Pectora transfadegit, quorum trepidantia mucro  
 110 Compita, perque domos vacuas, per atria cæca:

Invasio  
 Præclau-  
 ana.

Fami-

Fæmineo rubuit tellus respersa cruore: 104  
 Barbaricas flexit mentes clementia: 105  
 Nil natiuus amor potuit, pueri, ac luuenta  
 Ac tenera ætatis: quæ cum, et criminis expers,  
 Contrà hostes potuit quam nam committere culpam.  
 Corpora casorum passim per tecta iacebant,  
 Seminecesq; artus, ac membra tremantia palis 110  
 Fixa: quid in capta fuerat crudelius Urbe?  
 Horror ubiq; pauor, tum pallida mortis imago,  
 Præpetibus pennis, tetigit conuexa polorum:  
 Et lacrymæ, et gemitus muliebres: atq; ululatus  
 Perfudère pij, pallentia lumina solis.  
 Tristis erat species rerum, turpissima forma:  
 Namq; velut pedibus, conculcans messor aristas  
 Sole sub ardenti, viridantia demetit arua;  
 Non secus immitis prostrare deuia quocq;  
 Hostis, iter cæsis angustans corporum aceruis. 120  
 Obsessum immisit summae Arcis nobile limen,  
 Nisouios tecti sub propugnacla Ducalis.  
 Obsedère fores Arcis, primosq; necarunt,  
 Et tormentorum bis denos inde Magistros  
 Pertractos misère neci, sat turpiter ens  
 Aggressi posthac ferro, sine nomine plebem.  
 Commouère nouas cades: ceu cætera nusquam  
 Fata viros premerent, nulli morentur in Urbe:  
 Ciuili Itliaci mabant sanguine riuui, 128

Pressa cadau<sup>rum</sup> <sup>130</sup> ~~ibus~~ vix fluxit lymphæ Trubesi :  
 Rettulit insidi<sup>as</sup> ~~ibus~~ <sup>bolia</sup> ampla Tyrannus.  
 Missa est in sauos ~~vesp.~~ <sup>aptiua</sup> maniplos,  
 Centuriasq<sup>ue</sup> leues, alieno <sup>parta</sup> labore  
 Gæza adiit, nec visa prius numerosa suppellex.  
 Abstulit argentum calatum, miles auarus.  
 Thesauros Urbis, ter dispensator iniquus  
 Diripuit, diues nummis, onerosus ~~et~~ auro,  
 Fana profanârunt, summo sacrata Tonanti,  
 Sacrilegis manibus sunt ausi tollere vasa,  
 In laudem dicata <sup>DEI</sup>, ritusq<sup>ue</sup> verendos. <sup>140</sup>  
 Arx quoq<sup>ue</sup> communi fuerat data peruia præde,  
 Porticus in latos, ~~et~~ in alta palatia missus  
 Nisouius, studio quid non iactabat inani ?  
 Tot raptis spoliis, nec dum satiatus in Urbe  
 Principis ipsius, limen ~~et~~ lauit iniquus.  
 Sumpsit equos, phaleras, enses ~~et~~ Martia tela  
 Martis, non posuit magno fabricata labore.  
 Deniq<sup>ue</sup> quicquid erat, rapuit sceleratus abactor.  
 Nec misera tantum scuitur in Urbe, nefandis  
 Velitibus, petiêre agros, camposq<sup>ue</sup> peragrant <sup>150</sup>  
 Nominis Ost<sup>rogianorum</sup> <sup>gij</sup>, rapuêre ad fata colonos,  
 Ignaros q<sup>ue</sup> mali passim, ~~et~~ formidine captos,  
 Pars medios lacerat frameis, pars brachia truncat.  
 Cum stabulis armenta trahunt, ac turbinis instar  
<sup>155</sup> Omnia succendunt, vastant, rapiunt ~~et~~ inundant

Vulcano,

Excursi-  
ones per  
agros.

Vulcano, gladio, furiis, atq; arte magistra 156  
 Undiq; dissectum per agros, miserabile vulgus,  
 Senuus & Procrustre truci, & iniuriae seuo,  
 Compedibus vinxere suis, & risq; lupatis  
 In tectis captus, pretium non vile colonus 160  
 Pro se, proq; suis, lacrymis numerabat obortis.  
 Velitis vxor erat, natam quoq; miles habebat,  
 Quod voluit fecit; nulli mutire dabatur.  
 Senuos Cyclopas, Praeclauia vidit & lisis,  
 Conspexit fratres Aetnaeos, incola egenus.  
 O nimium Gethico Turcoq; ferocior hoste,  
 Post tot crudeles aestus, post mortis iniquas  
 Horrendas strages; contra ius, iura, fidemq;  
 Post violata manu, communis foedera pacis,  
 Dissimulare DEVM speras tua perfide facta? 170  
 Adueniet suprema dies, exempla sub eum  
 Venturum missura, Duces accendere quid sit  
 OSTROGIO s temerè, infausti ad certamina belli  
 Tempus erit, reddes urbi spolia an. pla Tyranne,  
 Ossaq; disperges, niuibus permista cruentis;  
 Nec patrio occisus, decorabis membra sepulchro;  
 Scilicet effuso rabies vesana cruore,  
 Arua diu vastabit ouans, ceu tabificus seps.  
 Iam tibi bellipotens LANVSIVS, aspera franget  
 Cornua: mox pones iras, animosq; feroces. 180  
 Scis bene quam latis Starodubæ insultibus, agros Starodu  
 Vastarat, ba:

Vastârat, fuscâ ut rediit feliciter hoste, 182  
 Ex illa immenâ perplexi erroris Erema,  
 Qualis in hoste fuit, per strata viarum,  
 Bransica fucata consterne rura sagitta:  
 In te talis erit; namq̄ illum nulla fatigant  
 Prælia, non animos minuit per tela, per enses,  
 Qui toties Gethico fœdauit sanguine terram,  
 Nonne Tomitanos pepulit victricibus armis,  
 Diripuitq̄ omnes animosi barbaris ausus, 190

Dubna. Dum premeret longa Dubnam obsidione Tyrannus?  
 Densa Scythis legio fuerat, densissimus hostis,  
 Aggeribus ruptis, vult amnis spumeus ibat,  
 Prensabatq̄ feris manibus, fastigia tecti:  
 Sed nihil effecit, nam terq̄, quaterq̄, fugatus,  
 Et maiora timens, compulsus cœsit ab arce.  
 Constantinensis pugna: IANVSIVS acer  
 Castra adiit, mirata Ducem sunt obuia signa:  
 Sensit eum Gethicæ ductor temerarius alæ,  
 Nec sufferre valens, aut telis sistere contrâ; 200  
 Terga dedit, posuitq̄ humeris languentibus arcum.  
 O dura ceruice viri, semperq̄ rebelles,  
 Tantâne vos generis stimulat fiducia vestri?  
 Cur tantum in facinus, tam nulla mente volatis?  
 Nisouij tantas audetis tollere moles?  
 Eripuit vobis mentem malè numen amicum,  
 Cur tumidi voces iactatis ab ore superbo?

207  
 An non



An non cuncta Deus videt, an non omnia nouit: 208  
 Ibitis in pœnas, per agros commissa lucis:  
 Namq̄, foris vox, pugna præter, pavor horrifera intus. 210  
 Est qui succurrat, scelus excrucabile passis.

Et flamma, & ferro exustis, penitusq̄, peremptis;  
 Illicitos raptus IANVSIVS ense fugabit;  
 Cladibus est magnis fera compensanda libido.  
 Nonne acies vestras potuit confringere ferro!  
 Occisis sternens spatiosa Tripolis arua,  
 Abstinit nimiâ cæde, atque cupidine belli,  
 Sed bonus, ast decuit, sceleratas fundere turmas.

Tripolis

Gulscius excubias Constantinensis habebat

● Agri, tunc rabiem obseruans, artemq̄, Lybissam 220  
 Nobilitate potens, & fortibus acer in armis.

Quocirca populantem urbes, ac tecta domorum,  
 Auxilio Martis, repressit sepius hostem,

Atque catenatum misero pertraxit ab agro.  
 Unde furens animis magis ac magis actus Erynni  
 Nisouius, laxas flammaram effundit habenas.

In tædas abiit Preclauia, Czudna fauillam,  
 Sensit, fumiferos ignes, Polomna ferebat:  
 Flamma Lubarciacos deiecit dira penes,  
 Vulcanusq̄, ibat, mixtus per rura fauille. 230

Quod scelus infandum Dux CONSTANTINVS inultum,  
 Multa prius simulans, animis ingentibus ipse,  
 Haud sufferens valens, iustas exarsit in iras. 233

E 3

Vicit

BELLI OSTROGIANI

Vicit eum patria late fumantis imago, 234  
 Vicit eum piet. tumuliq; ante ora suorum,  
 In proprio miserorū, res sanguine ciues,  
 Commouere manus funesti d' pralia belli,  
 Res foris atque domi semper feliciter acta.  
 Mentem adiit Magniq; Patris Mauortius ardor,  
 Qui cupide in ferrum pro libertate ruebat. 240  
 Examinata igitur postquam sententia Martem  
 Progenuit, superos multum testatus Olympi,  
 Cum Natis Genitor legiones scribere iussit.  
 Ibat amor ferri, resonabant tela per agros.  
 Arma suo fessi, viridis dabat arma luuentus.  
 Ipse Pater primus fessum latus ense reuinxit,  
 Ipse tulit pugnas; sequitur quem Suiatlica pubes  
 Venatrix, vrisq; grauis, consuetaq; multo  
 Venatu in syluis, inter spelea ferarum:  
 Ducat ut innocue, tranquilla negotia vita. 250  
 Dubna potens, Costina ferax, Stepanumq; fragore  
 Terrifico, petiit signum Mauortis anbeli.  
 Syluestri Beresda manu surrexerat, arma  
 Piscosis compressa vadis, Turouia iunxit.  
 Est antiqua Suxas charum comitata patronum,  
 Ostrogius ciuis turmatim in bella ruebat.  
 CONSTANTINENSIS fuerat numerosus in armis,  
 Taurina Colchis, non defuit incola ferro,  
 Agmen agens equitum, & florentes are ceteruas: 258

Parua manu vibrant, rigidis hastilia rostris 260  
 Latus at ex humeris, ac lethifer insonat arcus.  
 Composita in turmas acies, per ...  
 Ibat, & agrestes efflabat a ...  
 Nulla viros lorica tegit, tutamen in armis  
 Nuda manus, ferro armatis concurrere gaudet,  
 Coryto contenta leui celeriq; sagitta,  
 Traiicit aratos lunatis horrida peltis,  
 Hos voluit Bellona Gethas consistere fractos,  
 Limen ad Ostrogium, varij discrimine belli.  
 Confedere solo, saxosi Horinis ad undas, 270  
 Inq; locis aliis: non exarmata senectus  
 Scindit agros, assueta armis, gerit arma Iuuentus.  
 Quatuor illorum solennia festa reuoluit  
 Annus, habet serias Veneris quoque Lucifer omnis.  
 Horrifico strepitu Baëran celebrandus in Urbem  
 Euocat ex agris, dispersos undique Miecith,  
 Nescio quid plenis meditatur triste susurris.  
 Ast ubi missa quies grauius resonantibus hymnis,  
 Ad Bacchum plaususq; ruunt, choreasq; salaces,  
 Sape scatet tellus atro madefacta cruore, 280  
 Sape foro in medio, temulenti funera miscent.  
 Ergo Ducis iussu ad bellum parere parati,  
 In leuibus pharetrati omnes inere caballis.  
 Hos super aduenit miles collectus in agro.  
 Suosonius duxit florentes ære Polonos. 285

Tartari  
 Ostrogii-  
 enses vr  
 bis acco  
 la.

Mores  
 Gethici.  
 Festa.

Hoisci

Hoiscius ad turmas, cuneos adiunxit equestres. 286

Legit & hast. <sup>l</sup>e Zachorouius arma cohortis,

Atque Bocho. <sup>turmanis</sup> nensis signifer ore,

Multus eques, proprio <sup>res</sup> p. <sup>l</sup>ucindens iugera aratro;

Nominis Ostrogij cupidus, sub signa ruebat. 290

Pars lenibus contenta ibat, sub signa manipulis,

Utilis ob <sup>densas</sup> sylvas, aditusq; malignos:

Pars galeis armata, graui splendebat in are.

Ostrogiiis laribus, solus sed ut ire parabat,

CONSTANTINVS, habens animos in praelia fortes,

Cum Mystis, populoq; sacram conscendit in adem.

Et vexilla duo niue. delata coloris,

Sepe gemens, largoq; humectans flumine vultum

Ante altare Dei posuit, testantia purum

Pectus, & innocua mentis penetralia nuda. 300

Omnis ibi nimio manantia lumina fletu

Sensit, quis lacrymis non est suffusus obortis?

Concordes cecinere chori, pia vota Tonanti,

Clara Sacerdotes <sup>sc</sup>uerunt cantica caelo,

Ibat odorato sublimis fumus ab igne,

Et data sunt pia thura focus, ac thuris acerui.

Ast ubi Diis patriis votum immortale litauit;

Mystarum ben. <sup>is</sup>dicta hymnis, sua signa tetendit.

Intonuere tuba, discessum ad bella ferentes.

Transit equum cursus, posthac spumantia frana 310

Mandebat, fausti<sup>q</sup> in Martis castra volabat,

Cui ple-

Cui plenas misit Generosus sessor habenas: 312  
 Illo etenim nemo, melius laxare lupatur  
 Nouit: & arctatis orcam corripere toris.  
 Seu datur ad metam directo currere cursu:  
 Seu libeat curuo, breuius contendere gyro.  
 It Cathaphractus eques, tenditq; exercitus omnis.  
 Procedunt acies, turma densantur in unum.  
 Progreditur magna Procerum stipante corona,  
 Pulchra Ducis legio: phaleris auroq; superba. 320  
 Argentum Coryton habet, galeamq; comantem,  
 Insignis sonipes cultu fremit, arma coruscant.  
 Prima fuit statio Salsauia, miles aenicis  
 Susceptus laribus, lautos per tecta paratus:  
 Auspiciis Diuum reor, & Mauorte secundo.  
 Hospitium tenuit: penuaria plena dabantur  
 Omnibus: arcis erat nec diues copia clausa.  
 Et quos Arctoo domus edidit una sub axe  
 Unanimes: summis Russorum nata Monarchis.  
 Ipsi inter sese duri certamina Maioribus 330  
 Coniungunt, tantoq; Duci. Dux tantus ad arma  
 Quingentos lectos Iuuenes, fortissima corda  
 Adiunxit, Zareba bonus quos Ductor agebat.  
 Parte alia Hungaricæ IANVSIVS arma cohortis,  
 Insuetum per iter Rusi ducebat in orbem;  
 Carpatiasq; niues, celeri sub castra volatu  
 Lesit: & auricomæ turbauit Pannonis arua, 337

Dum tellus gelidis albescit aperta pruinis. 338  
 Nectareos, m. Rosa cados, MACOVECIA linquens,  
 Maxima cui plenis <sup>340</sup> mat vindemia labris,  
 Fida sequuta Ducem est, tonitusq<sub>3</sub> audire tubarum  
 Sucta: mouit pedites grauiter spirantibus Austris,  
 Hastatasq<sub>3</sub> dedit legiones, atque manûplos,  
 Terribiles cono galea, ferroq<sub>3</sub> rigenti.  
 Quin & ALEXANDRI miles numerosus ab agro  
 Horridus in iaculis: ac saeuae cuspidis ictu,  
 Multipliciq<sub>3</sub> modo; communia castra subiuit.  
 Conuenère, dolor quos tantum armauit in hostem,  
 Seu vastata domus, seu fraus innexa rapinis.  
 350 Qui Tochoram Mocharimq<sub>3</sub> bibunt, lymphamq<sub>3</sub> Trubes  
 Quosque secat Slucus nitidus, vel proluit Icqua,  
 Vilius, aut amnis nitidis celeberrimus undis,  
 Castra gradu rapido, gelidi sarraca Boölis  
 Auxit: quadrupedes animosus in arma feroces,  
 Accola Stranus, plenis onerauit habenis,  
 Et quem montosi misère in praelia pagi,  
 Ac late diffusa Ducum campestria rura.  
 Iunxère arma armis, pariterq<sub>3</sub> in bella volabat,  
 Natorum Patrisq<sub>3</sub> pij Generosa Iuuentus.  
 360 Unanimes dolor altus habet: fert clangor in hostem,  
 Ardescunt animis, languentq<sub>3</sub> cupidine belli:  
 Et late ante oculos, per iter fumantia tecla,  
 363 Sanguineas acuunt iras, stimulosq<sub>3</sub> feroces.

Intrepidus tormenta pedes stridentia, ducit; 364  
 Sylua ruit, ceduntq̄ niues, tremit exci tellus.  
 Ac fundit sonitum, multo tr̄ fragore:  
 Et vox assensu nemorum, geminata remugit,  
 Accensumq̄ ferunt, Martemq̄ virosq̄, cauerna,  
 Cuncta repercusis, dum cantat vocibus Echo.  
 In tennes laxata auras, vexilla coruscant, 370  
 Campus inardescit, rutilantia tela minantur.  
 Ferreus horret ager, scintillat flammea messis,  
 Et concreta micat candenti robore terra.  
 Armati cunei tendunt, galeataq̄ lucent  
 Agmina: Mauortis late diffunditur equor.  
 Ingeminat sonipes, & stantibus increpat undis.  
 Mirantur pauide matres, ac vulgus inerme:  
 Longauiq̄ senes: agrisq̄ assueta luuentus,  
 Effusas acies, votis precibusq̄ fatigant,  
 Et procul armatos, dictis oculisq̄ sequuntur. 380



L I B E R T E R T I V S .

**N**terea *deus* in limine motus,  
 Hostis habens: acies turmas concussit equestres,  
 Centuriasq; leues per agros collegit ad arma.

Extemplo turbata omnis (qua buccina signum  
 Dira dabat flammaq; vomens immane præusta)  
 Nisouiana manus: confluit in obuia tecta  
 Ostropolis: cuius posuit fundamenta victor  
 Dux CONSTANTINVS, Scythicos extingueret ausus  
 Ad vada, dum prosper manantia Basarabæi  
 Delegere locum, primisq; cadentibus astris,  
 Iungebant acies, & sat spatiosa manipulis  
 Arua citi, torrentis aque vel turbinis instar  
 Obsedere armis, ac belli furta parantes  
 Sub curuo anfractu vallis, tormenta locarunt.  
 Prima phalanx hostis, rexit quam Nossus ouantens  
 Millia bina tulit: Polochus tria pinguis agebat,  
 Octo centurias, anturabat Osousciis augur,  
 Bis denas, dextrum cornu Seraphinis habebat.  
 Insignis legio summi Ducis atque Magistri  
 Ostropolis clare, seruabat tecta duobus  
 Millibus: ast equites quingentos Zuca regebat.  
 Et totidem Valachus Circasius asper, egenis  
 Densus erat Veles, numerosior hostis aristis,  
 Aut Libyco fluctu, complerat strata viarum.

70. Millia  
 Nisouio-  
 rum.

Nam



Nam vulgi pridem confluxerat agmen ad illum, 25  
 Prædarum studio flagrans, & amore ferentis  
 Vicinisq̃ citi properabant ~~ur~~  
 Auri quæis sitis, & consumptis omnia luxus.  
 Per scelera ac fraudes, supplantatosq̃ Monarchas,  
 Et qui sunt ausi Superos contemnere olympi, 30  
 Ac Radamantini sceptri, durissima flagra.  
 Dextra viris animusq̃, ferox, patiensq̃, malorum  
 Fingebat certos, per tela cruenta triumphos.  
 Aduersos igitur cuneos delere parati,  
 Stabant in bellum prompti, & sua facta canebant  
 Militis Ostrogij: præmissi iamq̃, manipuli.  
 Cætera dum legio niuibus detenta moratur,  
 Fortè ibant aliquot leuiores, tendere ad urbem  
 Quos ubi conspexere, armis regione viarum  
 Obiectis: signisq̃ suis per iugera tensis 40  
 Conuertere manus, infestaq̃, signa tulere:  
 Terq̃, quaterq̃ hostes egere ad mania cursus,  
 Et loca monstrarunt, periuræ accommoda fraudis,  
 Furta ruunt, densas acies, mediosq̃, per ignes  
 Inuenere viam: nam viuida pectora bello,  
 Mars æqualis erat, post funera, parq̃, per omnes  
 Tempestat. Maiora timens ast hostis, auaros  
 Ignem Ostropoli struxit, facibusq̃, cremauit  
 Splendida tecta Ducis, cuius numerosa Iuuentus  
 Iam propè tunc aderat, sed fulminis ocyor ictu 50

Ostropo  
 lensis pu  
 gna.

BELLI OSTROGIANI

Ibat Nisouius, nollens se credere Marti. 54  
 Conscia mens, celerum, currentibus addidit alas,  
 Et per iter durum, quæ sub æeris axe  
 Temporis hyberni diuersa, commoda passi.  
 PIATCO S fatales, cursu petière proteruo.  
 Firmarunt portas, ac duros obice postes,  
 Saxa quæ, subuectare humeris concreta iuuabat,  
 Menifragos tormenta ignes Volitantia late,  
 Bis denos posuère altum ad penetrale Tonantis.  
 Triginta ad fossas, longis campestria formis, 60  
 Ingentes scloppos per propugnacla fenestris  
 Intorquère, pedes multum sudabat in Urbe.  
 Ad densos aditus, crebris quæ bipennibus instans.  
 Bellica quin etiam mortaria tecta fuère:  
 Plaustra ministrabant stridentia, ferrea pila,  
 E centum vasis, puluis nitratus aceruos  
 Fundebat: tonitru quæ fero sub signa vocabat.  
 Copia magna fuit stratis ex Urbibus hosti,  
 Diues opum, diues, ecoris, Cereris quæ paratæ,  
 Per PIATCO S passim lymphata mente furebat, 70  
 Extrâ firmatus statione animatus: at intra  
 Excubiis Vallis celsæ ad fastigia iactis,  
 Aruina pingui, corpus vino quæ cremato  
 Curabant, Salamachæ agrestis lixa frugalis  
 Cuncti potabant, errabat Bacchus in Urbe,  
 Pars pedibus plausus, pars Præana leta ciebant, 76  
 Crebra quæ

Munitio  
 nes Piat-  
 couicles

Suaue e-  
 dulium  
 cæpestre

Crebraq; raucifonos efflabat buccina canus. 72  
 Inq; diem vixere alij: vmoq; sepulti  
 Stertebant: aliis non potus; ~~...~~  
 Hi exercentur equis, domitiq; in puluere currus. 80  
 Hi tendunt acres arcus; hi lenta lacertis  
 Spicula contorquent; cursuq; icluq; laceffunt.  
 Fit strepitus, ingens ferit aurea sydera clamor.  
 Pars mensas onerat dapibus, vnumq; coronant.  
 Primorum ad limen Kosinfcus agminis author  
 Quadriugis vectus, Baccho libabat ad aras.  
 Clarior hic quanto, et super athera notus, adesset;  
 Littora tetra Borysthënis si tangeret vnquam  
 Nauigio: densasq; illas in flumine ripas:  
 Et contra Ostrogios si nunquam bella moueret. 90  
 Verum quandoquidem dedit hac mens effera maius,  
 Maius surgat opus, nostrisq; allabere caëptis,  
 Phæbe parens: summus qui carminis author haberis.  
 Castra propinquabant cuius, dum multa traherat  
 Gaudia, Nisouius temulenta per Orgia noctis.  
 Nam vix orta aurora nigras discusserat umbras,  
 CONSTANTINIADVM ad Piatcos pars magna cohortis  
 Fluxit vt, in niuibus perstat dum exercitus ingens.  
 Namque equidem Ostrogij magnas in bella phalanges  
 Ducebant: longis sed miles missus ab agris, 100  
 Tam cito non potuit fatales cernere Piatcos.  
 Anteuolans semper primum IANVSIVS agmen

Mille

- 103 Mille equitum, ventos tolerans, perpeffus & imbres  
 Frigoris hyberni, primus perduxit ad urbem.  
 Post instructa p[er] Patris propria arma replèuit.  
 Sydereas Phæbus postqua penetrabilia in arces.  
 Consciis audacis facti, sed ut agmina vidit  
 Hostis, ab excelso diuini vertice tecti  
 Protinus arrectas mentes, stupefactaq; corda  
 110 Illius, horribilis terrorq; tremorq; replèuit.  
 Ipse furens Ductor, correpta dura bipenni,  
 Dissècut Bacchi vitalis, dolia septem,  
 Et faustos fecit per iter manare liquores.  
 Portas ocludunt, autum custode coronant,  
 Armati: ferrum per propugnacula fundunt:  
 Præcipitiq; gradu tota variantur in urbe.  
 Ardet opus, clypei reboant, & fulmina fumant,  
 Classica rauca sonant: it bello tessera signum,  
 Undique collecti coeunt, Martemq; retractant,  
 120 Pro foribus vigilum: latè custodia fulget.  
 Aestuat ad fossas, atque inter tecta domorum  
 Discurrunt ut apes trepide, per cerea castra,  
 Immisit fumos, quibus undique cultor auarus.  
 Quisque suas acies in aperta pericula cogit.  
 Pars pedes ire parat, plenis pars fertur habenis:  
 Hic galeam tectis trepidus rapit: ille trilicem  
 Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.  
 128 Ductor, quadrupedem ferrato calce fatigans,

Ut po-

Ut potuit verbis, belli accendebat amorem.  
 Et ne aciem ferrum emissam, prerumper possit, 130  
 Iungebantur equi rhedis: ac plo hâclis:  
 Hunc morem seruare solent, bella ruentes.  
 Nisouius vocat is Tabor, nos castra vocamus.  
 Vastantur seruata diu carnaria tectis,  
 Durati sale terga suis, truncosq; macellis  
 Eripuere boum: mensas & scamna petebant:  
 Quæis onerabantur currus, fera bella petentes.  
 Atque hoc est Martis vix extricabile textum,  
 Contra omnes lectos: hic murus aheneus, hostes.  
 Cui sisus Scythicam rabiem, Gethiumq; furorem, 140  
 Eludit: pugna campestris bella ciendo.  
 Nec non Ostrogius lites pracidere pugna  
 Iussus eques, turmas longum lunarat in arcum,  
 Qualem versicolor ducit Thaumante creata,  
 Dum picturato cælum velamine vesti.  
 Ut facilisq; suis aditus foret, arduus hosti,  
 Primas ad fauces cornu IANVSII, unum  
 Expositus signis, animosa per arma fouebat.  
 Cinxit ALEXANDRIS Basilia clara secundum:  
 SASLAVIANA cohors, seruabat fluminis oram, 150  
 Liberior fuit hostis ubi, atq; animosior armis,  
 Hastatq; manus legionis stabat ibidem,  
 Introitu fluuij prohibens, adituq; patenti  
 Tormenta in medio peditum comuncta corona.  
 Dalmata q; Marcusq; celer sub signa vocarunt, 155

Tabor  
Nisouius

G

Post alij

BELLI OSTROGIANI

Post alij Proceres, stimulat quos fama perennis. 156

Ehoc duce Nisouius per tela cruenta domandus.

Septa inter Varro ~~...~~ Varroq; recursu

Ac longis spatijs, coniungens orbibus orbis,

Irritabat ouans, promptos in bella manipulos: 160

Nunc in equo celeri, plenas fundebat habenas,

Moxq; citus fugiens, dorsoq; inuectus equino

Ibat; & ingenti sese clamore ferebat.

Qualis ubi alterno reuolutus, turbine pontus

Cum refluit campis, vel cum se condit in aluèum:

Nunc agitur sursum, nunc uoluitur usq; deorsum,

Nec mora, nec requies, feriunt namq; undiq; fluctus.

Aestuat, atq; uolat, graniter resluentibus undis.

Edomuère minas, uolitantis fortiter hostis;

Ostrogij primo multos in limine belli, 170

Demisère neci, facta hac exordia pugna

Militis ingenij præconia læta fouebant.

Sed neq; terrebant legiones hostis anhelis

Qui primo in motu digna atq; indigna relatu

Vociferans: omnes carpebat, dente tenaci.

VENISTIS, IUVENES VENISTIS? tergore onusti

Degeneres: soliti lepores agitare fugaces.

O Lechi, uia nunc ferro tentanda per arma,

Quantò nunc melius choreas ductare iuaret,

Aut sorbère dapes, aut indulgère lyæ? 180

Nisouios contra: quæ uos dementia cæpit?

Durum à stirpe genus nostrum est, patiens malorum:

Uiuimus

Viuimus in dumis inter deserta ferarum 483  
 Omne æuum ferro terimus, glaciemq̄ nemq̄  
 Perferimus: Phæbiq̄ æstus toleramus iniquos:  
 Seu propior terris æstiuum t̄dit in orbem:  
 Seu celer hybernas properat decurrere menses:  
 Bacchus aquam, durata Ceres Cerealia nobis  
 Pabula dat: flammis villosam animalia vestem:  
 Tecla Borysthenes, bis denas ad Catharactas: 490  
 Nos vectare iuuat prædas: & viuere rapto.  
 Vobis desidia cordi, quos iura fatigant:  
 Limes & extensus spatiosi ad iugera campi.  
 Hæc medio ex gyro, mediisq̄ ex hostibus ibant,  
 Dum rotat inflatus miles, dum concitat orbes,  
 Dumq̄ minatur equo fidens celeriq̄ sagittæ,  
 Turba fugax: assueta dolis: assueta rapinis:  
 A sociis edocta Scythis, fera funera & artes  
 Thræicias, Scythicos ausus, tantumq̄ furorem  
 Mox pones: malesana phalanx, rapida ora quiescent, 500  
 Et motæ nociua fames, satiabitur. e.  
 Non vultus spectare Ducum, non ora subire,  
 Audebis posthac, nisi erit datus obses amicus.  
 Nec celerare fugam poteris, seu fidere iustis,  
 Nulla pedis ratio niibus cingentibus istis:  
 Victor adest nigramq̄ tibi denunciat horam.  
 Venit summa dies & ineluctabile fatum.  
 Ob turpes motus proprios, moresq̄ sinistros:  
 Sanguinis species riuos, & signa cruenta, 508

Ut medius orbis partes cunctus erit Sol. 210  
 Corripuere Dives ferrum, quos cuncta sequuntur  
 Agmina: solerti iam cunctius omnia visu  
 Lustrat, Vilga volat, Anchorouius ardet: equestres  
 Dum turmas cogit: Martis sub classica signa,  
 Slapcouius niuei, fert signum insigne coloris:  
 Iarmolinsciuis, audet equo, permittere habenas,  
 Non sufferre valens seruilis verba furoris.  
 Tolle animos, etenim nondum cessere duella  
 Isto quæretur fumans Praclauia campo.  
 Utque inuectus equis altum ibat ad æthera Phæbus, 220  
 Et summos postquam superis accenderet æstus,  
 Iamq̃ fuit fausti melior pars acta dici,  
 Hauserat & medium cursu Sol aureus orbem,  
 Ut Tabor ad pugnam exierat, sed tendit ab urbe  
 Dum propius contra Ostrogios IANVSIVS acer,  
 Armatus est sic cuneos hortatus ad arma.  
 Quanta per innocuos tempestas sæuit agros:  
 Turpiter ut miseri vastata sit area Ciuis:  
 Quot cecidere vrbes, quorum magalia fumant,  
 Quos flamma tulerint, inimicus & hauserit ensis: 230  
 Omnibus hoc constat, cuncti memorare potestis.  
 Nunc quoniam nobis nostri est oblata potestas  
 Hostis: dumq̃ parant acies concurrere signis,  
 Ferte manus celeres, ad fausti munia belli.  
 Frangit & attollit vires in milite caussa:  
 Feruor adest, rectisq̃ fauent pia numina captis. 236  
 Semper



Semper ad optatum solitus perducere fœdem,  
 Castrorum iustos strepitus fabricator Olympi,  
 Ephraimitânis Amâlech qui contulit armis.  
 Ut decus alituum, pullos, ab sydera tollit, 240  
 Sic Dominus: cuius curam susceperit, illum  
 OMNIBVS INQVE LOCIS TVTATVR ET OMNIBVS HORIS.  
 Hic ubi sustulerit Sanctissima brachia: dextra  
 Illicet hosce novos iterum expugnabit Idumes,  
 Confundet timidos angustia iusta Philistêos:  
 Irruet illorum copias, formido pauorq̃,  
 Nobis si præstò fuerit Deus omine fausto,  
 Cuncta cadent. Nec enim quicquid sine numine Diuum  
 Esse potest. Felix victoria, nulla trophea.  
 Quare ô Iuvenes agite, arma capeſsite læti, 250  
 Virtutis memores: media inter tela ruamus.  
 Dura Tyrocinia armorum superauimus omnes,  
 Sub dio à teneris virides exegimus annos,  
 Inter Bellone strepitus: Martisq̃ labores:  
 Experti armatos: & mille sequentia tela.  
 Contulimusq̃ manus, medicatas sæpè sagittas.  
 Hostis ab aurora proprio contundimus arcu,  
 Mæſta latrociniis subeat præcordia tellus.  
 Et veſtris tangant animos, tot tela malorum:  
 Corripite hanc peſtem, numero nil vincet & ausu. 260  
 Veſter honos agitur: noſtrum decus iſta requirit:  
 Veſtra fides: Domui noſtræ benè cognita ſemper.  
 Ite in fœd' fragos, ac cædes cædibus, ignes

BELLI OSTROGIANI

Ignibus, arma armis, & vulnere vulnera pensent. 264

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Dum Genitor maiora, iam premia signat.

Et nunquam per nos aboleat gratia facti,

Omnibus: hæc olim forsân meminisse iuuabunt.

Fungor nunc magnis vicibus, vado obuius hosti,

Quo Deus, Ostrogij ducit quò sanguinis ortus. 270

Hæc ubi dicta dedit, primus prorumpit in hostem.

Et primam antè aciem, vaginaq; eripit ensem

Fulmineum: fidens animi, atque in utrumque paratus;

Aut palmam accipere, aut certa occumbere morti.

Arma inter mediosq; hostes, vestigia torsit.

Tota sequuta Ducem legio est, exercitus omnis

Fulminis in morem, tulit ad certamina cursus.

Conflictus Piantco- uensis. Implicuere acies, infestaq; signa tulere,

Corda fremunt, animus feruet, mens aestuat irâ:

Ignescit pectus, durus dolor ossibus ardet, 280

Tergora tacta boum reboant, ferit æthera clamor,

Ingeminantq; tubæ, cornu exhortatur ad arma,

Clasica dira sonant: Martemq; accendere gaudet

Tibia: fert lituus turmas inflatus equestres.

Pestiferos sclopetæ ignes è faucibus efflant,

Expuit horrificos bombardæ accensa fragores,

Et tormenta boant, fortiq; proboscide nigri

Pulueris agglomerant furnos: it densus hiatus.

Atque ut egena lupus violenter ouilia macât;

Aut leo, collecti gregis, ut ferus agmina vastat: 290

Bellica

Bellica non aliter consternunt organa currus.  
 Sæua globi pandunt vestigia, iacta<sup>q</sup> p<sup>er</sup>  
 Ignibus indomitis, lacerant cr<sup>u</sup> arua,  
 Diruta castra ruunt: Tab<sup>is</sup> occidit, undique pugna  
 Crudescit; clamor<sup>q</sup> virum clangor<sup>q</sup> tub arum.  
 Astra petit, pulcrum<sup>q</sup> mori succurrit in armis  
 Omnibus. it totis tempestas ferrea castris,  
 Plumbeus imber agit, pallantes fortiter hostes,  
 Conditur in tenebras Phæbus, lux alma recessit.  
 Non sic emissus migrat Vulcanus in arua 300  
 Fluctibus & spissa campos dum vastat arena:  
 Aut Vulcanus: Ubi concepit in arua furorem,  
 Seu victa in longum rapidis fornacibus Aethna,  
 Dum montes rupes<sup>q</sup> vorat, dum fulminat ignes.  
 Qualiter irruerant in currus, nescia vinci  
 Pectora, prima Ducis pectus dedit inclyta virtus.  
 Non ita sylva ruit Boreali impulsâ tumultu,  
 Nec tam creber agens hyemem volat æquore turbo:  
 Ut fragor hastarum, ceu spicula longa fremebant.  
 Terra gelu concreta, aliquot dum surgit in Vlnas, 310  
 In medio informi brumæ intractabilis imbre:  
 Cum nix alta iacet, glacies dum prælia claudit.  
 Aspera Solstitia, atque hyberni temporis inter  
 Frigora: panduntur turme, concurritur armis.  
 Quod genus hoc hominū: quæue hūc tam Martia tellus  
 Permittit morem: patriis durare pruinis  
 Sarmata<sup>q</sup> adipotens, discordes comprime gressus. 317.

Pone animos, dextramq; tuam ad maiora remitte.  
 Nunquam Romana obiecisti colla catena,  
 Pannonias licet ~~tu~~ nu confregerit Alpes, 320  
 Et Daci vicina nimis factis ubique,  
 Regna duo: quaq; unda rigat binominis Istri.  
 Victor habet prestans quidnam Germanicus in te?  
 Non tamen his contentus eris, famulatur avarus  
 Turca tibi, signisq; tuis per tela fugandus  
 Fædus amat, tacite & fatorum arcana reuoluit;  
 Frigoris es patiens, paucis contentus, in arma  
 Spontè ruis: quarens Mauortem Sarmatide ora.  
 Cur patrie validas vires in viscera cogis?  
 Heu quantus gemitus, nunc CONSTANTINIS ad urbem 330  
 Pallida Tysiphone, media inter funera seuit.  
 Parca fila legunt, Bellona effundit habenas  
 Irarum: Tritonis hera, & Rhamnusia virgo  
 AEstuat: ardescit Mauoris, miscentur in unum  
 Sors & fata virum: Diris comitata Megera  
 Apparet: densatq; cicis, ac personat alis.  
 Sanguinis effusi crustæ, glomerantur in orbem.  
 Terra madet, tepidusq; cruor madefecerat agros,  
 Semineces voluuntur equi, fert ungula rores  
 Sanguineos: fractâ luçtatur arundine ferrum. 340  
 Sternitur omne solum frameis, tepesacta cruore  
 Squallet humus: seuis crudescit pugna sagittis:  
 Alter in alterius fatum dat vulnera mille;  
 Una eademq; viâ lethumq; cruorq; feruntur; 344

Suffoso reuolutus equo, dextram dat amico; 345  
 Spicula sollicitat veles, concurritur hostis;  
 Intendunt acres arcus, phare<sup>b</sup>cludunt,  
 Ardescunt: haeret pede pe<sup>b</sup>egitq<sup>b</sup> virum vir.  
 Ipse inter cadem volitans IANVSIVS heros,  
 Obuia qua<sup>b</sup> metit gladio, graditurq<sup>b</sup> per equor 350  
 Limitem agens, Genitor, Praeclauia, flamma, furores,  
 Antè oculos, interq<sup>b</sup> manus, victoris habentur.  
 Vociferat, quarens solum ad certamina tanti  
 Agminis authorem; densa in caligine Martis.  
 Lecta manus circum Chaidar Zauacius ibat,  
 Et Piatcus pacis famulus, belliq<sup>b</sup> minister,  
 Ingenuus: semperq<sup>b</sup> Duci gratissimus ipso.

SASLAVIANA phalanx mediis in millibus ardet:  
 Et dat multa virum pugnancia pectora letho.  
 Perq<sup>b</sup> hostes, per tela ruens, media agmina voluit. 360  
 Haud aliter, quam cum vastant incendia aristas  
 Arida: vel terræ sudantis gramina flamma.  
 Gulscius instigat letis sermonibus Gas;  
 Hoiscius exultans animo diuerberat hostem;  
 Per densas acies, augusti pectoris Heros  
 Suosouius, penetrans, tetigit caua limina portæ,  
 Quadrupedemq<sup>b</sup> citum posuit sub manibus ipsis,  
 Dum redit ad pugnam: felix si carmina possunt  
 Nostra aliquid, nomen merui si ferre Pœtæ.  
 Hoc decus illius, pleno celebrabitur ore, 370  
 Pieridum q<sup>b</sup>si celebres Heliconis ad undas.  
 Ingentem ciet Ostrogius pugnam, vir equestris,

BELLI OSTROGIANI

Cuius & indomitas, contra hostem concitat iras. 373  
 Instat. Praefecti, salers presentia mandat.  
 Immortale decus. ~~...~~ insigne trophaum.  
 Fertur equis legio fumantibus atra Getharum,  
 Inter Halaiq<sup>3</sup> suum, morientia corpora territ.  
 Bochdanus necat, innumeros Semerinus acervos  
 Fundit humi, celeri Zachorovius intonat hasta;  
 Colchiade, multos sternunt per castra rebelles. 380  
 Nisovios contra, maioraq<sup>3</sup> viribus audent.  
 Sisca iacet deiectus equo, & transfixa dolone  
 Pectora nudavit, Sebeltuc fortiter Urgens  
 Occubuit: Chrabco, cius sua fata diemq<sup>3</sup>  
 Infelix clausit, nulli pietate nec armis  
 Inferior: si FATA, DEVS, FORTVNA, DEDISSENT.  
 Colchiade multi posuerunt Martia corda,  
 In castris: MAIORA TAMEN SVNT FATA RVENTI  
 Nisovio: cadit ac veluti ruit equore grando:  
 Aut è concussa quando pluit illice glandis, 390  
 Voluitur in tumidum ferrum penetrabile corde,  
 Et petulans proprio crassum vomit ore cruorem:  
 Aethra petit gemitus morientum, plena doloris  
 Vox resonat: colles icti clamore resultant.  
 Ad caelum tollunt languentia flumina frustra,  
 Corpora multorumq<sup>3</sup> iacent sine nomine trunci.  
 Prona iacet legio, nec agit praecordia virtus  
 Bellica: dura pavor trepidus circumtulit ossa.  
 Hæc ubi persensit domitor Seraphinus equorum  
 Nunc prece: nunc verbis: belli accendebat amorem. 400  
 Aemula

*Aemula sollicitans virtute immania monstra*  
*Ad Martem, fauste. SED QUID SIN NVMINE DIVVM,*  
*Talibus in rebus contingit: l. . . . . aquis*  
*Omnia dispensat celsi fabricator Olympi,*  
*Hic Seraphine iaces? alieno abdomine paste*  
*Zuca tua est, ubi nunc dominandi cæca cupido?*  
*Cur diuersus abit Kosinsciis agminis auctor*  
*Sub pontem? SVMMO TVRPE EST LATITARE MAGISTRO.*  
*Siste pedes: in te BELLI SPES TOTA RECVMBIT.*  
*En fugiunt. Sed equis auecto ad mœnia clausa,*  
*Vix patuit tectum, Piatcensi in lumine multi*  
*Occubuere: alij positis penetrabilis Urbis:*  
*Nam metus acer erat, longos petiere recessus,*  
 ● *Pauci aderant: dextrâ ac leua pro turribus intus,*  
*Exiguiq; manu iactabant, irrita tela.*  
*CONSTANTINI ADAS, si mens non leua fuisset,*  
*Atque simul pedites, Piatcensi admitteret Urbi,*  
*Ultimus ille dies flammæ victisq; fuisset.*  
*Nam pavor horrendus fugientem nuaserat hostem,*  
*Conciderantq; animi gelidâ formidine capti. 400*  
*Corpora per sylvas passim iacuere per agros*  
*Mortua: nullius facies, nullius & ora*  
*Cognita: non fratrem frater dignouit ab hoste,*  
*Nec nati potuit genitor, cognoscere corpus.*  
*Miles ouans gaudet, nullus bellator in agris*  
*Conspicitur: fugiunt omnes, per saxa, per ignes,*  
*Quò Deus & fortuna vocat, quò semita monstrat.*  
*Sunt tormenta tamen triginta crepta Ty anno, 408*

BELLI OSTROGIANI

Turcica nando solet nauis fera qualia ferre,  
 Fluctibus in medijs pelagi: IANVSIVS almo 420  
 Obtulit ipse Patris, et vestres deniq; scelpos  
 Octodecim: ferro truculenti ex hoste receptos.  
 Organa sunt etiam plaustris auecta duobus;  
 Sed quia fera rubens praebebat lumina vesper,  
 Prælia cessarunt, cecinit tuba bellica pacem:  
 Composuitq; viros. Sed postquam castra quierunt,  
 Lenibat primùm modicorum castra cruentos,  
 Prensabatq; hærens luctanti forcipe ferrum  
 Chirurgus: miles lethali ast vulnere laesus  
 Vicinas vrbes, fuit ista licentia, adibat. 440  
 Utq; dies cælo concesserat, umbraq; texit  
 Omnia: construxere focos, ignemq; dedere  
 Omnes sub dio cincti fulgentibus armis,  
 Sat tenui in niuibus reuocabant corpora victu,  
 Et vigil insomnem duxit custodia noctem. 445

LIBER QVARTVS.

**P**ostera cum prima stellas oriente fugarat  
 Alma dies, lucemq; tulit mortalibus agris:  
 CONSTANTINVS equum primo conscendit Eo,  
 Soluebatq; Deo votum præsaga boni mens;  
 Multa mouens animo, cuneos iubet esse paratos,  
 Si conferre manum temerarius audeat hostis,  
 Ne mora detineat quenquam arma capessere Martis.  
 Sole recens orto, primæ sub tempora lucis,  
 Undique stant acies, strictæ mucrone coruscæ.

Et vi.



Et videtis iterum venit in præcordia virtus,  
 Nec timidi quicquam, ferrum Marsq; retractant.  
 Omnibus idem animus, detrudens hostem.  
 Dum promptas acies, IANVS acer obibat,  
 Omnibus his verbis, grates referebat amicas,  
 Quod fuit in votis: quod nos optauimus omnes,  
 In tanto belli strepitu, tantoq; furore,  
 Obtulit ô socij diuina potentia nobis,  
 Vota precesq; Deo fundamus pectore toto.  
 En campus, quot sunt disseclta cadauera ferro?  
 Apparet; calcat pes noster, colla proterui  
 Nisouij: damnosa luit petulantia pœnas.  
 Quam Deus inuito commotus ab æthere vidit,  
 Exacuere poli stimulis pungentibus iram,  
 Transit in iustum violentia mota furorem,  
 Marsq; metusq; Dei nobiscum monstra domauit.  
 Quæ tandem insulsos maneant fortuna videtis:  
 Parta quies, vosmet rebus seruâte secundis.  
 Hæc quoque nam legio fossis, quæ sessa tenetur,  
 Nostra erit: & ponet motus: mentemq; remittet:  
 Premia certa manent, quos ad certamina duxi,  
 Idem ego, participes meritorum semper habebō.  
 Non etenim tantum monstrastis munus serui,  
 Sollicitis; sed quæ genuit Mauortius ardor.  
 Vidimus in vobis & tanti sanguinis ausus.  
 Nulla dies unquam memori detorquet ab æuo.  
 Vos modò à rati tolerâte incommoda cæli,  
 Concretasq; niues, atque hæc extrema mal'rum.

Dixerat: hæc omnes magno clamore fremebant, 38  
 Et pedites cum s exhortabantur ad arma.  
 Panduntur turmas, <sup>39</sup> nitq̄ per agmina murmur. 40  
 Rumoresq̄ serit belli, feri Martis amorem  
 Inclÿta mens: optantq̄ suis depellere tectis  
 Nisouios. Medio sed eo flagrante tumultu,  
 Dum furor audaces cogit sub signa manûplos,  
 Est prouectus equo, longæui ad Principis aures  
 Nuntius: aduentare ferens sub castra rebellis  
 Legatos, dedit alma Ducum clementia fandi  
 His libertatem vultus vidère serenos.  
 Terq̄ quaterq̄ genu, sedentes poplite flexo,  
 Ut mos fert gentis: tundentes pectora palmis, 50  
 Suppliciter tristi fundebant talia voce.  
 Nisouios Dux alme graues miserate labores  
 Semper: & innocuum nunquam genus omne perosus.  
 Quot maria, & terras, proprio penetrauimus arcu.  
 Fama refert: & forte tuas peruenit ad aures:  
 Qui nos magnorum eripuit de clade malorum,  
 Is nunc disiecit turmas, & signa caduca,  
 In niuibus; per te Scythicos obeuntia campos.  
 Namque fuit turpi mens nostra obnoxia facto,  
 Bellum importunum tulimus, per dura cucurrit 60  
 Ossa tremor: timidos periuria seua necarunt:  
 Nos sumus authores, crimenq̄ caputq̄ malorum.  
 Iuste igitur fracti virtus euauit arcus.  
 Hoc volüere Dij superum, sic fata ferebit,  
 Ut tu Sarmatico, quo nec pietate nec armis

Maior in orbe nitet : frenares colla malorum. 68  
 OSTROGIOS quisquis nostrum violat honores;  
 Iam forsitan pœnas cum sanguine dedit iniquus.  
 Nos petimus prohibe armatos: bellique furorem  
 Siste. salus victis reddatur: comprime Martem. 70  
 Pœnarum exhaustum satis est, Dux optime parce:  
 Nam sine te: dubia spes est præcisa salutis,  
 Longius auxilium nec multas differ in horas,  
 Nosque tibi serva, & propius res aspice nostras.  
 Pone animos, tanta miseratus sortis acerba,  
 Lata cadaueribus propriis conteximus arua.  
 Cernimus & Piatcum, nostrorum pede madentem.  
 Aspice squallentes nostrorum sanguine fossas,  
 Mons calet aggeribus, vix respirare cruentis  
 Concessum: saltem hæc victis solamina mitte: 80  
 Ut possint tuti esse foris, dum pace sequestra  
 Firmabunt, maiora sibi dari fœdera petis.  
 Vix hæc ediderant: Orator Principis almi,  
 Hanc ad eos iussus placido tulit ore procellam:  
 Quid non vestra furens egit petulantia? flamma  
 Civili potuit funestum accendere bellum,  
 Expugnare lares, Russosque retundere fines.  
 Ventum ad supremum est, Mauors in præterit aperuit,  
 Impia si liceat furiosis tollere bella:  
 Ad tales nunquam posthac compellite pugnas, 80  
 Vosque suosque Duces. Magnum vindicta Tonantem  
 Sollicitat, NOTAM, IVSTVS DEVS ARDET IN IRAM.  
 Oratis pacem, 93 VARIVM AC MVTABILE VESTRVM

UVLGVS. sit Ductor, Ductor quos læsit in illos 84  
 Aduertat: g. nauq̄ amplectens ipsa salutet,  
 Et veniam poscat. Submittens colla duobus.  
 Hoc vult cum Natis DVX CONSTANTINVS, amici  
 Ista iubent: Mauors quos hîc deduxit in arma.  
 Namque aliter vestra, non est fas parcere genti,  
 Illorum posthac tacitus ne gaudeat hostis. 100  
 Pars hæc pacis erit firmissima, iura sequestræ  
 Non negat OSTROGIVS Dux clementissimus ista.  
 Sed modo concessi PACEM VIOLARE CAVETE  
 FOEDERIS. hæc pax est septem mansura diebus,  
 Ulterius tentare p̄q̄ vetat aspera gurges.  
 Ite igitur, sociisq̄ suis responsa referte.  
 Talibus exactis Præcensia tecta subibant,  
 Ut septem petière dies impune viarum  
 Errauère iugis, & pabula multa ferebant,  
 Horrea commenes, tunc vastabantur in vsus, 110  
 Defossæq̄ domus congestaq̄ robora tectis,  
 Fraxinus atque trahes, ac fracta securibus ornus.  
 Fumiferos iactabat agris lucentibus ignes  
 Omnibus: ast campi postquam concessa potestas,  
 Cæсорum ingentes perlustrabantur acerui,  
 Est numerus diuisus, querebat amicus amicum,  
 Et frater fratrem, & consanguinitate propinquum,  
 Filius & Patrem; verum sine nomine turba,  
 Tacta tribus tumultis, extremos mortis honores  
 Sensit: & ad Stygium celsit defleta Charitem. 120  
 Virginis illa, dies casta Genitricis IESV

Sacra fuit, quando IESVM Salomonis in aede  
 Presentauit amans legis, nec iussa recusans.  
 OSTROGIANA potens, propria virtute propago,  
 Nisouij ut fudit, fugientis seua Tyranni.  
 At seuos ausus voluens VNVSIVS hostis,  
 Milleq; peruersas discordi pectoris artes,  
 Castra celer propius propriam conuertit ad urbem,  
 Omnia considerans. Victos res terruit ista,  
 Et subière animos, tanti Ducis inclyta facta,  
 Bellaq; campestri semper metuenda Tomita.  
 Septima iamq; dies processerat, unde sequestra  
 Pax promissa hosti cessauit, visus ab urbe est  
 Nisouius petulans, iterum noua pandere bella.  
 Est constructa acies, Ducibus numerosus in armis  
 Miles erat, multos duxit Pretiucius ille  
 Viribus, ingenio magnus, virtute secundus.  
 Et Visnouecius, sub iacta tempora pacis.  
 Optabant pedites, Piatcensem scandere fossam,  
 Promptus eques, voluit manibus recludere portam.  
 Dumque omnis pubes ad fossam accingitur. Ecce  
 Ex urbe excessit Ductor Kosinscius ipse,  
 Sæpe gemens, & tarda mouens vestigia gressu,  
 OSTROGIOSQVE Duces supplex reueratur, iniquè  
 Quos læsit, descendit equo, tantosq; Monarchas  
 In niuib; stratus per se, & reuerenter adorans.  
 Talia fundebat lacrymans, miserere tuorum,  
 Namque equidem vos vestra probat clementia Diuos.  
 Me me adsum qui feci, in me conuertite telum,

Qui vastam armis, plenas splendoribus Urbes. 150  
 Visa est perniciēs, lasciuos pectoris astus,  
 In niuibus late nimis ausa licentia fudit.  
 Et scelus horribili persolui turpe ruina.  
 Posthac multa Ducum stans gens dabat oscula plantis.  
 Talibus est illi responsum: Perfide, disce  
 Rebus in humanis, humana audacia quantos  
 Motus agat, quanto voluantur fata tumultu,  
 Terribiles inter turmas, quo Martis anhelī  
 Pugna uehat, quid sit ciues populare quietos,  
 Et vexare Duces, quid seua laceffere bella 160  
 Vidisti, docuit campo DEVS ARBITER ÆQVI.  
 Illa fuit, quæ uestra dies uictricibus armis  
 Verba redargueret, tu, tu sub signa dedisti,  
 Has fortes animas quæis nunc iacet obruta tellus,  
 In Rhodopen satius fuerat sua ducere castra,  
 Riphæasq; acies, oppresso plere ab Isthmo,  
 Caucasosq; sequi nimbos Tanaimq; niualem.  
 OSTROGII pietate Viri, tibi cuncta remittunt,  
 I, Piatcisq; pedes celer effer, soluat ab Urbe  
 Qui tecum est ausus tantos agit are furores. 170  
 Ille miser grates iterum soluebat, humumq;  
 Percutiens, comite afflictō discessit in urbem.  
 Tertius utq; dies illuxit, protinus omnis  
 Nisouiana phalanx cessit, Piatcosq; relinquens,  
 Amplius OSTROGIO non est conspecta colono.  
 Castra Duces posthac Constantinensis ad Urbis  
 Mœnia commouere, suum Præna canentes. 180

Sunt ubi militibus conuiuia structa superba ; 178  
 Muneraq̄ ingentis pretij data. Signa triumphī  
 Texillumq̄ suum, IANVS IVS ipse dicauit 180  
 Stanislac̄ tibi Diuūm in regione locate,  
 Illud habent excelsa tui penetralia templi,  
 Est ubi diuini Præsul sanctissime, ab ense  
 Verticis, ô facinus, per Regem abscisa corona.  
 Sed quia iam tanti sunt praelia dicta furoris,  
 Musa decus vatis, Parnasi culmina tecti  
 Sunt adeunda tibi, posthac vocata redibis.  
 Tu verò OSTROGIOS inter celsissime Princeps  
 Ad CRACI muros tu CASTELLONE, mearum  
 Suscipias manuum monumenta, & dilige vatem. 180  
 decus omne tuum posthac grauiore cothurno  
 Ibis, Aonio versu tua facta canentes,  
 Tarnouiusq̄ meis quondam celebrabitur Odis,  
 Et comes alta petet rutilanti sycdera cæli. 184

Τ Ε Α Ο Σ .


Τῷ Θεῷ Δόξα Ἀμήν.




Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

6443  
—  
0







OPRAWĘ WYKONANO

w prac. inż. konserwat.  
Biblioteki „Ochotniczym”

Data 19.6.73 podpis Elzbieta

15385

6443

0

